c quibuslibet: AVG. c. Adim. 15 p. 156, 9 quantum plagam sibi infligeret et quanto ictu -ssus se ipse sauciaret. PS. AVG. hypomn. 4, 8 l. 421 audite ... -entem virga sapientiae caelestis vaniloqua ora vestra ... apostolum Iacobum. CASSIOD. hist. 10, 4, 2 Eutropio sub altare iacente nimioque -sso timore (gr. Socrat. 6, 5, 5 ἐκπεπληγῆτος). sine obi. (de ictu pulsus): PS. SORAN. quaest. med. 157 durus pulsus -it et tenditur (cf. 149 diastole ... est percussio arteriae).

C quod se (cum vi quadam) movet vel ab alio concutitur, infligitur ita: I ut infligatur rei alii: cuilibet (vim saepius percipiendi suspiceris): BVC. Eins. 1, 33 cum Phoebo ... docta -sso generavit carmina plectro. HEGES. 3, 26, 3 p. 237, 1 clypeorum -ssis spiculis crepitus audiebantur. GREG. TVR. vit. patr. 2, 4 cum ... plausum ales, sc. gallus, ... -ssis alis altius protulisset. CORIPP. Ioh. 1, 161 deducunt litore puppes; ... -ssis verruntur marmora tonsis. oculis (ut obcaecentur; cf. l. 41): AMBR. hex. 4, 1, 1 qui e regione in radium eius solis intendit, -sso lumine omnem subito amittit aspectum (sim. 5, 18, 60 si quis -sso solis l. in tripodam oculorum aciem ... servaverit). 2 ut spuma sim. efficiatur: VINDIC. gyn. rec. P p. 447 sanguinem nostrum sublime repercutu(m)

(ram) *cod. supra lin.*) spumam ... facere necesse est (rec. G p. 446 et D p. 449 sanguis ... -ssus, C p. 447 concussus). EVSTATH. Basil. hex. 3, 8, 6 (*de origine nivis*) cum ... fuerit despumatus humor flaborum violentia -ssus (*nisi ad p. 1183, 42, cf. gr. p. 73^A ἀνακοπέν*).

D quod emittitur (fort. huc p. 1184, 57): ORIBAS. syn. 2, 56, 22 Aa p. 123, 5 *costus syriacus* -ens odorem (cf. p. 1184, 56; gr. *πληκτικὸς τῆ ὀσμῆ*), item fere 2, 56, 35 La p. 124, 14 *malobathri folium* -ens o. [Aa habens in se odorem suavitatis].

II incorporaliter; vis praeverbii: A indicat motum in contrariam partem versus: **1** -untur res: **a** vario modo repellendo: **α** -unt res: SEN. dial. 3, 8, 7 inimicis parcutitur, cum adfectus -ssit adfectum. CONC.^S I 3 Rustic. p. 51, 34 ne ... integra veritatis inquisitio pro interiecto forsitan inordinato clamore -i videatur (gr. I 1, I p. 120, 22 *διακρούηται*). EVSEB. EMES. serm. 26, 9 ut praesentia virtutis -retur virus serpentis. 27, 8 praecesserat ... adventus Christi, sed -ssit eum timor mortis terrenae. OP. imperf. in Matth. 10 p. 688^{ext.} **β** -unt homines, deus:

TERT. ieiun. 10, 9 coniecturas coniecturis et tamen puto fidelioribus -ens. adv. Marc. 5, 5, 7 deus ... statuit sapientiam hominum stultitia -ere. IREN. 5, 24, 2 I. 45 ut homines per legum positionem -ant ... iniustitiam (gr. *ἀνακρούωσι*). EVSEB. EMES. serm. 27, 5 dominus timore timorem eiciens, et maiori metu, quod erat minus, -ssit. OP. imperf. in Matth. 6 p. 673^{med.} Christus avaritiam sprexit ..., vanam gloriam -ssit, sc. a diabolo propositam. al.

b dicendo, sc. *refellendo, refutando*: PLIN. nat. praef. 31 quo dicto Plancus sic -ssit illas orationes in se scriptas, ut eqs. QVINT. inst. 6, 3, 23 aliena aut reprehendimus aut refutamus ... aut -imus. 6, 3, 45 quod in lacessendo dici potest, non etiam in -endo. 6, 3, 78 -endi multa sunt genera. AVG. pecc. orig. 30, 35 nonne istorum ... argumentatio -ssa et contracta dissiliet? EVSEB. EMES. serm. 6, 14 honesta mater conubium experta nuptias filiae -ssit. al.

c ordinem invertendo, sc. in veriloquio t. t. metrici: DIOM. gramm. I 478, 30 anapaestus, quem antidactylum Graeci nominant, ... dictus παρὰ τὸ ἀναπαίειν κατὰ τὸ ἀνάπαλον ἀντικρούειν πρὸς τὸν δακτύλον, quia recurrendo -ens dactylum sono reciprocò obloquitur ei per antistrophen (*inde irrepsit in cod. Bern. ISID. orig. 1, 17, 7 p. 1182, 1*).

2 -untur animantes: **a** *refellendo falsa opinantes, proferentes*: TERT. anim. 23, 6 satis haereticos -am, si argumentum Platonis elidam. adv. Hermog. 12, 4 hac ... ego definitione merito illum -am. adv. Marc. 2, 20, 4 ut solo iniuriarum iudicio Hebraei Aegyptios -rent. GAVDENT. serm. 11, 17 Christus usitatis exemplis eos *Iudaeos* -ere magis voluit (*postea*: vel refutatos vel etiam confutatos). HIER. in Tit. 1, 8 I. 559 adversarios -ere, qui nisi refutati fuerint atque convicti eqs. RVSTIC. c. aceph. p. 1223^c ut ... *caro Christi* minime tribus personis connumeretur, -imur eo, ne ex trinitate quaternitas fiat. al. **b** *reiciendo aliquid proponentes, poscentes, ad aliquid hortantes*: *diabolus* (cf. I. 22. p. 1184, 5, 32): PETR. CHRYS. serm. 13, 7 diabolus totiens ... -ssus a domino (cf. 6 inimicus quamvis saepe victus). FAVST. REL. grat. 1, 9 p. 32, 3 nemo hostem inlecebris obscaene voluptatis armatum crucis viribus -at? EPIPHAN. in euang. 15 p. 10, 20 *diabolus tentans Christum* -itur et eius voluntati satis non fit. al. *alium*: MACR. Sat. 2, 4, 5 alium ... salarium postulantiem ... hoc dicto -ssit: '...'

B indicat motum eo, unde aliquid ortum est (cf. p. 1183, 33): TERT. apol. 41, 2 hoc ... et in deum vestrum -ere est, si eqs. PONT. vita Cypri. 7, 6 per quem gentiles blasphemii -ssis in se, quae nobis ingerunt, vincerentur? VAL. CEM. hom. 13, 6 *invidia* auctoris sui cor -it. PS. MAX. TAVR. serm. 40 p. 617^B Christus nulla maledicentibus maledicta referebat, quia omne maledictum patientia -ssum in suum redit auctorem.

C non perspicua est (fort. indicat percussioem saepius peragi): vox indicat aliquid percogitandum esse: EVSEB. EMES. serm. 25, 28 qui horum scientiam per noctem accipere incipiet, tractans et -ens insomnia, i. somnia (*postea*: sursum et deorsum convertens et quaerens et volutans).

deriv.: repercutibilis, repercutio, repercutus (-ūs).

compos.: irrepercutus.

Ramminger.
?rēperdo, -ere. *a* re- et perdere, si quidem agnoscendum, cum offendere possit et prosodia et notio. *i. q. perdere* (notione praeverbii incerta): DRAC. Orest. 179 (*verba Clytaemestrae*) nolo tam multi sceleris, *i. adulterii*, -ere, fructum (-i) trad.; me perdere *Maehly*, deperdere *Mai* et *Zwierlein*, qui confert 397 recerpit, var. l. de-).

[reperidia v. repotia.]

Bk.

***reperio**, -pperi-, -pertum, -ire. [*a* re- et 2. pario, -ere, cui verbo subest radix *pere₃- 'parare', cf. gr. *ἐπιροῦν* 'paravi', ind. vet. *pr̄nāti* 'donat', lituan. *periu* 'ovis incubo'. v. *Walde-Hofmann II* 255; *Rix et al.*, *Lex. der indogerm. Verben*, 2001, 474sq.; *Meiser*, *Veni vidi vici*, 2003, 100, 185; *de Vaan*, *Etym. Dict. of Latin*, 2008, 445sq. Mei.] *de origine*: FEST. p. 290 re(pertum) ... (quod) amissum recipe(re) contigit, (quasi) repartum et.) re-

paratum (i, suppl. e PAVLO p. 291). AVG. trin. 9, 12, 18 quae ... -untur, quasi pariuntur (PRISC. gramm. II 401, 1 -o, comperio, cooperio ... possunt ... a pario esse videri composita. 438, 23 pario -o). PRISC. gramm. II 435, 7 (*quasi a verbo simplici q. e. perio, v. vol. X I, 1485, 12*).

de scriptura: quamquam -pp- in stirpe perf. tantum exspectandum erat (sc. per reduplicationem [cf. peperit] et syncopen), variant omnes formae inter p simplicem et duplicem. in stirpe praes.: re-pe- in papyrus p. 1195, 53 et CIC. div. in Caec. 33 (Pap. Corp. 23, 2; saec. V), in codd. vet. e. g. CIC. Verr. II 3, 28 (V). VERG. Aen. 5, 807 et 9, 195 (MPR); re-pe- in titulis p. 1189, 52 et DECRET. decur. Tergest. (CIL v 532; a. 138/61) 2, 14. INSCR. Ephes. Wankel 41, 21 (saec. IV med.), in papyrus e. g. CHART. lat. ant. XX 712, 6 (a. 557), in codd. vet. e. g. PLAVT. Epid. 151 (A, ut Trin. 558. 757. al.). TER. Hec. 200 (A, ut 662 Haut. 339. al.). CIC. rep. 1, 41 (P, ut 2, 28). VERG. Aen. 5, 807 (F ante corr.). FRONTO p. 59, 3 (V). LACT. inst. 1, 21, 4 (B).

part. perf. re-pe- in titulis e. g. p. 1188, 72. 1192, 3 et ORAT. imp. Claud. (CIL XIII 1668) 1, 29, in codd. vet. e. g. VERG. Aen. 4, 128 (MR). PLIN. nat. 25, 20 (N). GRAN. LIC. 28, 20; re-pe- in inscr. CIL IX 1563, 8 (a. 423/50), in codd. rec. e. g. GREG. TVR. Franc. 1, 48 p. 34, 1. NOT. Tir. 29, 56⁶ -it.

de genere: act. et pass. passim; inter verba depon. affertur, si recte trad., PROB. app. gramm. IV 204, 1 moechor ,repperior, rimor scortor (i, opp- coni.; cf. com-, ex-, opperior). ceterum occurrit p. 1192, 3. 33; vix addas AMM. 22, 4, 8, v. Hofmann-Szantyr 292sq. *de formis* (cf. imprimis *Neue-Wagener³ III 363sqq.*; notis -it, -imus indicat. praes. significationis, -peri(t), -perimus indicat. perf.): stirpis praes.: fut. -am, -es sim. in de a PLAVTO, -bo sim. PLAVT. Epid. 151 CAECIL. com. 119 POMPON. Atell. 9 SORT. Sangall. 40, 10; inf. pass. -iri inde a PLAVTO, -irier PLAVT. Truc. 699 LVCR. 4, 480; gerund. -undus PLAVT. Asin. 728 Epid. 100 CIC. Verr. II 3, 110, -endus inde a CIC. stirpis perf.: -peri sim. inde a PLAVTO, -perii sim. (testantur CHAR. gramm. p. 321, 12 -perii. DIOM. gramm. I 371, 2 -perivi et -perii) e. g. CELS. 7 praef. 3 -perii (VET. LAT. deut. 22, 14 [cod. 104]). GREG. TVR. Franc. 8, 33 p. 403, 3 -perierunt (9, 31 p. 450, 10). LEX Visig. Eur. 280 -perierit (bis in cod. saec. VI; resp. in codd. rec. Visig. 5, 5, 3 -pererit [bis]). part. perf. -rtus inde a PLAVTO, -riti COMPVT. Carth. 2, 8 p. 290, 4; part. fut. -rturus inde a CIC., -rituri COMMENT. Lucan. 1, 451; supin. BOETH. diff. top. 4, 1, 16 facile -rtu.

de mensura: in stirpe praes. rē- inde a PLAVTO, rē- PLAVT. Asin. 728 (scrib. repp- codd. BDE, deficit A). ARGVM. Plaut. Curc. 7 Poen. 7 (sed rē- Cist. 9). HYMN. Ambros. 11, 12 F. PAVL. NOL. carm. 18, 312 PROSP. carm. de ingrat. 116. 958 ORIENT. comm. 2, 160 SEDVL. carm. pasch. 5, 142 ANTH. 226, 2; in stirpe perf. rē- inde a PLAVTO, rē- (etiamsi scrib. repp- in codd. nonnullis) AVSON. 13, 23 (23 S.), 4 (sed 1 et 3 rē-). AVIAN. fab. 13, 3 (sed 5, 6 rē-). VEN. FORT. carm. 6, 7, 2; in part. perf. rē- inde a PLAVTO. *de notione et differentia* (adde p. 1185, 75. 1193, 32. 60): CHAR. gramm. p. 394, 24 -imus nostra, invenimus aliena (item disting. p. 1193, 43 et vol. VII 2, 134, 55sq., ubi corrige ISID. diff. 1, 312 [241 C.]). SCHOL. Ter. Bemb. Eun. 512 -perit: invenit. GLOSS. -o: ἐνρίσχω. invenio. GLOSS.^I I Ansil. RE 1132 -tus: arbitratus. 1179 (cod. Paris.) -perit: exqu(aes)ivit. 1182 -ta: nancta. al.

legitur in versibus inde a PLAVTO, in prosa orat. inde a CATONE per totam latinitatem. de usu vocum q. s. -ire et invenire v. vol. VII 2, 135, 2sq., quibus addere placet comparisonem frequentiae apud auctores selectos: invenire praefertunt e. g. PLAVT. (-ire 91/i. 133), TER. (29/64), CIC. (384/519), VERG. (15/18), HOR. (3/14), OV. (56/108), LIV. (2/220), VITR. (6/103), SEN. (trag. 2/23, philos. 20/ca. 300), LVCAN. (3/29), PETRON. (1/44), PLIN. nat. (ca. 240/plus 500), SIL. (2/14), STAT. (9/24, e quibus in prosa orat. 2), MART. (1/18), QVINT. inst. (plus 80/plus 180), FRONTIN. (6/84), IVV. (1/17), PLIN. epist. et paneg. (9/63), TERT. (28/ca. 300), VVLG. (85, non nisi in vet. test./plus 600), PAVL. NOL. (carm. 10/12, epist. 8/54); -ire praefertunt e. g. LVCR. (-ire 34/i. 20), CAES. Gall. et civ. (40/15), CELS. (38/17), CVRT. (26/14), COLVM. (32/14), TAC. (87/34 [sc. ann. 76/10, cetera 11/24]), SVET. (35/16). [confunditur in codd. c. invenire CIC. Cael. 64 Planc. 23 PLIN. nat. 37, 25 AMBR. in Luc. 5, 81. al., recipere SEN. dial. 11, 3, 3 QVINT. inst. 12, 10, 10. al. (in var. l. dub. OV. fast. 3, 846. 4, 27, falsa COLVM. 12, 2, 3 PLIN. nat. 34, 32 VET. LAT. IV Esdr. 14, 9), repetere e. g. CIC. orat. 162 (in var. l. dub. CAES. Gall. 5, 49, 2, falsa DARES 6; falso trad. ASCON. Scaur. p. 29, 11); perf. -isse sim. c. peperisse sim. SEN. Herc. O. 274 VLP. dig. 11, 4, 1, 1 (in var. l. inc. vel falsa CIC. Deiot. 37 de orat. 1, 198 VEG. mil. 4 prol. 1; e coni. incerta CIC. Tusc. 4, 4; falso trad. ENN. scaen. 61); p. p. -tus c. refertus OV. fast. 3, 728. 736 (v. etiam p. 598, 51 sq.), repente p. 1165, 8. 1173, 73 et AETNA 281. contextu manco POMPON. p. 327, 36.]

feri e. q. invenire, sc. saepe cum labore quodam (gr. resp. εὐρίσκειν e. g. p. 1191, 33 et VET. LAT. II Petr. 3, 14 [Aug. epist. 214, 6. al.]. CONC. S II 3, 1 p. 95, 20 [gr. II 1, 1 p. 115, 31], alia e. g. p. 1194, 3 et saepius sub IB). aetate antiqua pro obi. sunt imprimis res vel personae quaesitae, sed casu, sine consilio -itur aliquid vel aliquis e. g. p. 1188, 61 sqq. 1190, 34 sqq. 1191, 71 sqq.; -unt fere animantia, sed res e. g. p. 1188, 44 sqq. 1189, 14 sq. 1196, 14 sqq. differentiam inter (quaerendo) -ire et verbum sensus generalis (quolibet modo) invenire cognoscas e. g. l. 60. p. 1188, 30. 1190, 27. 1191, 42; quo cum verbo saepe ita variat, ut sensus distingui vix vel omnino non possit, e. g. l. 47. 57. p. 1188, 6. 1189, 6. 1191, 3. 1193, 35. 1196, 71. 74. saepe accedit verbum q. e. quaerere actionem praecedentem indicans (cf. DON. p. 1193, 31), e. g. l. 55. p. 1188, 28. 1190, 6. 1191, 59. 1192, 19. 75. 1195, 58, sim. quaeritare p. 1191, 37, requirere e. g. p. 1188, 42. 1193, 4 et Ov. met. 2, 337 CVRT. 6, 2, 9, ceterum e. g. appetere LVCR. 5, 1279, circumspicere p. 1192, 24 et CIC. Verr. II 3, 180 Ov. met. 1, 607 COLVM. 4, 24, 17. al. accedit dat. (in)commodi, sc. refl. e. g. p. 1191, 42. 73. 1195, 25. 1196, 15. 25. 30, ceterum personae l. 51. p. 1188, 5. 1189, 13. 1190, 16, rei p. 1191, 43 sq. 1195, 32; abl. modi vel adv. e. g. casu p. 1189, 12. 1191, 27. 1193, 70. al., facile p. 1191, 3. et saepe (v. vol. VI 1, 66, 21 sqq., ubi lege NEP. Ham. 3, 1; addas e. g. p. 1189, 42. 1194, 28), forte p. 1189, 73. 1191, 25 sq., abl. fortunā l. 70. p. 1189, 73, raro p. 1193, 71. 72. 1195, 16 (cf. adi. rarus p. 1190, 40), vix p. 1189, 32. 1190, 16. 1193, 57. al. vocem fuse tractat Dominguez Dominguez, Lexemática Latina, 1995, 105 sqq. 239 sqq., comparat c. parēre 240 sqq., invenire 349 sqq.

exempla sic digerenda esse putavimus:

CAPVT PRIVS: -untur, qui (quae) iam exstant:

I sensu locali:

A vi plena: 1 -untur antea perdita, amissa: l. 45. 2 cetera exempla: l. 75 (pro obi. sunt quaelibet res l. 75, quae in libris leguntur p. 1189, 25, animantes p. 1189, 68).

B vi deminuta -untur, qui (quae) certo loco commorantur: p. 1191, 11.

II sine respectu loci; c. notione: A acquirendi, accipiendi sim.: p. 1191, 34. B comprehendendi: p. 1192, 11.

CAPVT ALTERVM: -untur nova, quae efficiuntur:

I usu generali: p. 1195, 22 (per obi. acc., sc. -untur consilia sim. p. 1195, 24, dicta, scripta p. 1195, 55, ad usum futurum destinata p. 1195, 71; per struct. varias p. 1196, 19; p. p. neutr. pro subst. p. 1196, 55).

II usu speciali in arte rhet.: p. 1196, 65.

CAPVT PRIVS: -untur, qui (quae) iam exstant: I sensu locali: A vi plena, sc. -untur quaesita vel offensa: 1 antea perdita, amissa; pro obi. sunt: a animantes, sc.: a homines: PLAVT. Bacch. 562 misine ego ad te ... epistulam super amica, ut mi invenires? :: ... -peri. Capt. 761 neque eum servom umquam -peri neque filium (Poen. 124. al.). Epid. 652 perdidisti et -isti me, soror. 720 ego sum defessus -ire, vos defessi quaerere, sc. puellam (antea e. g. 716 inventa est filia). al. TER. Andr. 806 Glycerium iam hic suos parentis -perit? (969). VATIN. Cic. fam. 5, 9, 2 profecto tibi illum servum fugitivum -am. CAES. Gall. 1, 53, 8 -tus quidam in manibus hostium, et ad eum Caesarem reductus est. SALL. Catil. 61, 4 Catilina ... longe a suis inter hostium cadavera -tus est. 61, 8. Ov. am. 3, 10, 45 cum sit tibi, Ceres, nata -ta (sc. Proserpina ut: met. 5, 518 sqq. en quaesita diu tandem mihi n. -ta est, [519] si -ire vocas amittere certius, aut si [520] scire, ubi sit, -ire vocas. CLAVD. rapt. Pros. 3, 51). met. 1, 654 (Inachus ad Io vaccam) tu non inventa -tā [es] luctus eras levior. 14, 161 Aeneas noscit Achaemenidem improvisoque -tum vivere miratus eqs. 14, 398 comes nescit clamato saepe per agros nequiquam Pico nullaque in parte -to inveniunt Circen. al. β animalia: PROP. 4, 9, 67 gregibus ... -tis (16 sqq. boves ... bis mihi quaesitae). VAL. MAX. 1, 6, 7 pulli ... fugerunt summaque diligentia quaesiti -iri nequiverunt. VVLG. I reg. 9, 4 minime -erunt (antea: cum ... non invenissent [sc. asinas, ut 10, 14]).

b res (quarum statum indicat praedic. l. 72 sq.): CIC. Verr. II 1, 46 in litore signa illa Apollinis furto abacta -untur. Cluent. 180 in taberna eius furis nummi, nequaquam omnes, -untur. Brut. 129 Fimbriae orationes pueri legebamus, quas iam -ire vix possumus. al. SALL. Iug. 71, 5 expectus ... epistulam non -perit, sc. e pulvino surreptam (CHART. lat. ant. XLII 1219, 19 [saec. II in.] epi(st)u(la)s ... (fo)rtunā a(pu)d illum re(pe)rta(s)). Ov. met. 6, 408 aliis membris Pelopis ... -tis ... scapula defuit. VAL. MAX. 1, 1 ext. 1 in quibus litoribus pecunia incolumis -ta ... restituta est. 1, 8, 11 deusto sacriquo Saliorum nihil in eo praeter lituum Romuli integrum -tum est. al.

2 cetera exempla: a -untur res: a quaelibet corporeae

vel quae sensibus percipiuntur: ① varia exempla; -untur: ② quae quaesita, petita sunt: ③ -unt animantes: ④ res varias (exempla selecta): PLAVT. Asin. 728 huic argento ... -undo (item -itur pecunia sim. e. g. Persa 44 [respic. mutuum] quaesivi, nusquam -peri. 133 hoc tu mi -ire argentum potes. TER. Phorm. 823 argentum). Aul. 621 perscrutabor fanum, si inveniam uspiam aurum ...; sed si -ero eqs. Epid. 444 non -isti ... tranquillum locum, ubi tuas virtutes explices (CIC. Cael. 53 non causa, non locus ..., non vestigium maximi facinoris -etur. CAES. Gall. 5, 21, 4. al.). al. CAECIL. com. 3 (in imag.) oram -ire nullam, quam expediā, queo. TER. Haut. 112 ibi simul rem et gloriam, (ad p. 1191, 39) armis belli -peri (CE 71, 2 industria vigilantia ... (sibi) et suis r. -perit). RHET. Her. 2, 5, 8 si loco maleficii telum ... relictum aut si vestigium -tum fuerit (CIC. Cael. 53 l. 8. al.). CATVLL. 14, 8 si ... hoc novum ac [-tum] munus dat tibi Sulla litterator (sc. librum carmina pessima plurimum poetarum continentem; 1, alii aliter explicant; an ad p. 1195, 55 sqq.?). LVCR. 2, 850 ad unguentum parandum quaerere par est, quoad licet ac possis -ire, inolentis olivi naturam. CIC. ac. 1, 42 (in imag.) e quibus nottonibus non principia solum, sed latiores quaedam ad rationem inveniendam viae -untur (VERG. Aen. 9, 195 videor -ire ... posse viam ad muros. Ov. ars 2, 22 audacem pinnis -perit ille Daedalus v. al.; cf. l. 51 sq.). div. 1, 119 cum ... eae partes in extis non -untur, sine quibus eqs. (item respic. extispicium: VAL. MAX. 1, 6, 13 cor in extis non -isse [HIST. AVG. Pert. 11, 2. 14, 3 c. et caput]. cf. p. 1189, 20). CAEL. Cic. fam. 8, 13, 2 stomacho est ... Pompeius ... ita languenti, ut vix id, quod sibi placeat, -at. BELL. Alex. 8, 1 puteis fossis aquam dulcem -iri posse (Hisp. 41, 4. COLVM. 1, 5, 2 quae a. non infima valle -itur. al.; cf. fons: LVCAN. 9, 591. PAVL. NOL. carm. 27, 266 [in compar.]). VARRO rust. 1, 2, 9 nullus in eius fundo -iri poterat stolo. VERG. Aen. 4, 692 Dido moribunda quaesivit caelo lucem ingenitque -tā (-tam var. l.). Ov. met. 4, 108 Pyramus vestem Thisbes ... sanguine tinctam -perit (cf. 102 sqq. lea ... inventos forte ... laniavit amictus). CELS. 2, 10, 16 nonnumquam ... ea vena latet neque facile -itur. COLVM. arb. 12, 2 quanto saepius vineam foderis, tanto uberiores fructum -es. et saepissime. ⑤ locos in scriptis, sc. qui inveniuntur libro perscrutando (aliter p. 1189, 25 sqq.): PRISCILL. can. praef. p. 111, 11 ut, ubi ... quaeris testimonium, per eundem canonem, cui haec subdita sunt, facillime -as. HIER. epist. 36, 10, 2 genesim ... percurrens -peri loca, in quibus eqs. hom. Orig. in Luc. 32 p. 182, 20 Iesus revolvit librum et caput de se vaticinans -perit lectionis. ⑥ reliquias sanctorum miraculo sim. revelatas: HYMN. Ambros. 11, 12 F. -perimus martyres (cf. 4 martyribus inventis). AVG. civ. 22, 8 p. 567, 14 corpora Ambrosio per somnium revelata -ta sunt. MARCELL. chron. II p. 84, 453, 2 (cf. I requirent) hoc ... caput fide -tum (Ioh. Baptistae ut: DIONYS. EXIG. praef. 8, 3 l. 75).

⑦ -unt aliae res (vergit ad notionem q. e. obtinere): hominum conditiones, facultates (in imag.): CIC. Quinct. 5 veritas ... locum, ubi consistat, -ire non poterit (Tusc. 4, 42 imbecillitas ... non -it l. consistendi). HIL. AREL. vita Honorat. 21 nullius ... angustiae ad ipsum pervenerunt, quae ultra ipsum protenderentur ac non in ipso metam -rent. SIDON. epist. 4, 3, 10 tua tuba, i. eloquentia, nec aemulum -perit nec aequalem. quaelibet: VERG. Aen. 5, 807 (huc spectat l. 57) cum ... -ire viam ... non posset ... Xanthus amnis (CELS. 7, 18, 3 id ... omentum ibi -ta via paulatim ab inguinibus in inferiores ... partes nisum). PLIN. nat. 27, 5 aconitum venenum in visceribus -it (locum del. I. Müller, Mayhoff). AMM. 17, 7, 11 venti subterranei eruptiones nullas -entes. 18, 8, 12 ut caesorum cadavera multitudine fulva -ire ruendi spatium nusquam possent. 20, 11, 29 quae lux non -ens exitum, sc. e nube (CLAVD. DON. Aen. 5, 805 p. 521, 2 Xanthus amnis e. ... -ire non poterat. 12, 925 p. 638, 20 ut hasta ... e. facilem -ret, sc. e corpore transfosso). VEN. FORT. epist. (carm. 8, 12^a; in imag. de ecclesia) ut nullus ventorum turbo ... possit illic invenire, quod quatiat, aut, quod labefactet, -at.

⑧ quae occurrunt, quibus aliquis vel aliquid incidit: ① quolibet contextu (exempla selecta post VAL. MAX.): PLAVT. Aul. 26 (loq. lar familiaris) feci, thesaurum ut hic -ret Euclio (240 CALL. dig. 49, 14, 3, 10. al., e. g. COD. Theod. 10, 18, 2 pr. quisquis thesauros ... quolibet casu -erit. cf. VERG. Aen. 6, 610 qui divitiis soli incubuere -tis). CAES. Gall. 1, 29, 1 in castris Helvetiorum tabulae -tae sunt eqs. civ. 3, 2, 2 Brundisii tantum navium -perit, ut eqs. NEP. Lys. 3, 5 oratio ..., quae post mortem in domo eius -ta est. LAVREA epigr. Plin. nat. 31, 8 hoc loco ... apparent lymphae non ante -tae (CIL II² 14, 89, 9 [saec. VI²] predulce(m) -perit limfam. item -untur fontes: X 4734, 1 [a. 71] nymphis sanct(is) novis -tis). FAST. ann. Iul. Praen. Mart. 23 (Inscr. Ital. XIII 2 p. 123; a. 6/9) Lutatius ... clavam eam ait esse in ruina Palati ... -tam, qua Romulus urbem inauguraverit. VAL. MAX. 1, 1, 12 duabus arcis lapideis -tis. PHAEDR. 3, 12, 2 pullus gallinaceus, dum quaerit escam, margaritam -perit. PLIN. nat. 6, 198 alteram insulam, ubi sacer mons opacus silva -tus esset. et sae-

pe. p. p. neutr. pro subst.: COD. Theod. 10, 18, 2 pr. (antea p. 1188, 64) -ti modus, i. magnitudo. 10, 18, 2, 1 in quartam -torum partem.

② in progressu artium, cultus sim. (aliter p. 1195, 71 sqq., quo fort. pertinet Cic.): Cic. Verr. II 4, 106 fruges (an pro 'cultura frugum?') in ea terra primum -tas esse arbitrantur. LVCR. 5, 1113 posterius res inventast aurumque -tum (5, 1241. PLIN. nat. 33, 6 ad perniciem vitae -tum, sc. aurum). al. PROP. 2, 33, 27 a pereat, quicumque meracas -perit uvas. OV. fast. 3, 736 a Baccho mella -ta ferunt (cf. 744 inventi praemia mellis). al. PLIN. nat. 1, 25, 50 herbae ab animalibus -tae (resp. 25, 89 invenere herbas). 4, 64 aere ibi primum -to (36, 55. al. apud eundem). 16, 208 exploratorum, hoc, usus in castris pastorumque -perit (i. quomodo ignis e lignis nascatur). 35, 38 cerussa usta casu -ta est in incendio Piraei. 37, 15 e margaritis ..., tam prodiga re et feminis -ta. al. apud eundem. ③ in cursu rerum naturalium: CVRT. 8, 9, 7 Indus, ubi mollius solum -it, stagnat. AMM. 26, 10, 17 undae innumera quaedam in civitatibus et ubi -ta sunt aedificia complanarunt.

④ ad obi. accedit praedic. statum indicans (exempla pauca selecta post OV.): Cic. inv. 2, 15 hominem comprehendit, gladium eius e vagina educit, -it cruentum. BELL. Alex. 6, 3 illa aqua inferior corruptior ... -iebatur. OV. met. 15, 795 caesum ... caput iecoris -itur in extis. VAL. MAX. 7, 7, 1 domum sibi clausam -perit. SEN. nat. 2, 52, 1 oculis ... integris ... pecunia ... conflata -itur. COLVM. 9, 12, 4 quae examina ... sedem sibi quaerant ... eamque occupent, quam vacantem -erunt (-erint coni. Rodgers). et saepe.

β quae in libris sim. leguntur (aliter supra p. 1188, 33 sqq.; addidimus exemplum, ubi ipsa narratio fort. aliquid -ire dicitur, l. 66): ① varia exempla (selecta; pro obi. est acc. c. inf. e. g. l. 30 sqq., enunt. interrog. l. 42 sq.; accedit nom. c. inf. e. g. l. 36): Cic. inv. 2, 8 Isocratis artem non invenimus; discipulorum autem ... multa de arte praecepta -imus (nisi perf. -perimus). Verr. II 1, 109 hoc -ire in omnibus legibus statui ius, quo eqs. (Caecin. 100 nulla in lege nostra -etur ... maleficium ullum exsilio esse multatum). Cael. 40 haec genera virtutum ... vix iam in libris -untur (div. 1, 98 Sibyllae. al. QVINT. inst. 9, 4, 39. al.; cf. Cic. Att. 13, 33, 3 ex eo l.). Phil. 1, 2 in C. Caesaris commentariis (PLIN. nat. 17, 243 C. Epidii commentarii, in quibus arbores locutae ... -untur. 37, 74 TAC. ann. 4, 53, 2. 15, 74, 3). rep. 2, 28 in eas Italiae partis Pythagoras venisse -itur. VARRO rust. 1, 2, 28 quasi ... non apud ceteros quoque scriptores talia -antur (TAC. ann. 2, 88, 1 AVG. civ. 15, 12 p. 80, 24). OV. fast. 1, 658 evoli ... fastos nec Sementiva est ulla -ta dies. CELS. 3, 4, 15 sub illo ... auctore (cf. apud auctores: PLIN. nat. 2, 240. al. TAC. ann. 1, 81, 1. al.). 4, 1, 1 hactenus -untur ea genera morborum, quae in totis corporibus ... sunt (sc. in opere meo, ut sim. 6, 7, 1^A. COLVM. 11, 3, 65 ut ... facile -iri possit, quid in quoque libro quaerendum ... sit. al.). 7, 11 id ... vitium ... quemadmodum manu curandum esset, apud magnos chirurgos non -peri. COLVM. 1, 1, 6 multo plura -untur apud veteres, quae nobis probanda sint quam quae repudianda (MACR. Sat. 1, 4, 14). BASS. gramm. VI 265, 30 apud Naevium poetam hos versus -peri eqs. (cf. e. g. l. 58 et QVINT. inst. 10, 1, 96 in Catullo. al.). PLIN. nat. 33, 18 ut anulos abiectos in antiquissimis -atur annalibus (HIST. AVG. Alex. 57, 2 in a. et apud multos). QVINT. inst. 5, 11, 40 qui versus Homeri ... non in omni editione -itur (HIER. epist. 34, 4, 3 in cunctis e. ita -peri: '...'). S. C. de sumpt. lud. glad. (CIL II 6278) 49 qu(a)e in ... rationibus -entur pretia. et saepe.

④ ad obi. (subi. verbi pass.) accedunt praedic.: Cic. leg. agr. 2, 15 a primo capite legis usque ad extremum -o ... nihil aliud cogitatum ..., nisi uti eqs. 2, 88 hoc per scriptum in monumentis veteribus -etis, ut eqs. (cf. scriptum -ire: fin. 2, 99. PLIN. nat. 27, 103 Leucographis qualis esset, s. non -peri. HIER. hom. Orig. in Luc. 6 p. 34, 25 eleganter in ... epistola (s. -peri) ... '...' [i. gr. γέγραπται]. al.). de orat. 2, 62 orat. 230. PLIN. nat. 17, 50 apud Homerum regis senex agrum ita laetificans ... -itur. 19, 185 ut carmine comprehendsum -am ... sic semina mire provenire. QVINT. inst. 6, 3, 42 Afer Domitius, cuius orationibus complures huius modi narrationes insertae -untur. APVL. apol. 78, 6 in quibus litteris omnia contra praedicationem istorum pro me -untur. al. ? ④ pro subi. est narratio (nisi per anacoluthon intellegas ipsum auctorem -ire, cf. ad loc. Den Boeft et al., comm. 2013, 118 sq.): AMM. 29, 3, 1 hic et mihi vertenti stilum in Gallias confunditur ordo seriesque gestorum inter multa et saeva Maximinum -ens iam praefectum.

β -untur animantes eorumve coetus, sc.: α homines vel dei: ① quos -unt animantes: ② sine praedic.; pro obi. sunt: ① qui quaeruntur iam noti: PLAVT. Merc. 845 sodales (per prosopop.; v. p. 1191, 37). TER. Phorm. 192 ubi Antiphonem -am? aut qua quaerere insistam via? 727. 738. ACC. trag. 182 itera, in quibus partibus ... et quo captus modo, fortunane an forte -tus, (Mercier, repertur trad., refertur coni. Dangel; an de Astyanacte ab Vluxe quaesito?). HOR. carm. 1, 15, 27 furit te Parin -ire atrox Tydides, sc. in proelio (SCHOL. inveniri).

al. -itur deus, sc. oboediendo sim.: VVLG. II par. 15, 4 (2 invenietis) cum ... quaesierint, eum deum -ent.

② qui quaeruntur adhuc ignoti vel incerti (sed certae qualitatis vel ad finem quandam apti; exempla selecta inde a Cic.): ③ varia exempla: PLAVT. Mil. 268 si servum invenio, qui vidit) si ita non -o, ibo odorans quasi canis eqs. 803 non potuit -ire, si ipsi Soli quaerendas dares, lepidores duas ad hanc rem quam ego. al. ENN. ann. 177 navus -tus homo, Graio patre Graius homo, rex. TER. Eun. 168 eunuchum dixit velle te ... -peri. CATO orig. 83 si alium ... neminem -is, me licet ad hoc periculum utare. LVCIL. 665 quandoquidem -(t)i magnis conbionum ex copiis (i. L. Mueller, -(t)i Marx, alii alia). Cic. Verr. II 1, 74 defensorem -ire neminem poterat. leg. agr. 2, 51 emptorem ei loco -ire non potuit (2, 68 APVL. met. 8, 24, 1. cf. l. 70). Mur. 27 senes ad coemptiones faciendas ... -ti sunt. dom. 48 non mancipem ... quemquam nisi furem ... -ire potuisti. Att. 2, 24, 3 Ahalam Servilium aliquem ... opus esse -iri. al. OV. met. 13, 487 dominum matri vix -perit Hector mortuus. VAL. MAX. 5, 3, 2^d Africanus interfectorem domi invenit, mortis punitorem in foro non -perit. PRIAP. 58, 4 quae ... carpserit ... poma puella, nullum -at futuorem.

al. ④ accedit enunt. relat. (sive pro obi. ponitur sive (pronomen antecedens excipit): PLAVT. Asin. 429 dum -am, qui quaerit argentum in faenus. Cist. 135 mea amica mentionem fecerat, puerum ... alicunde ut -rem sibi recens natum, eapse quod sibi supponeret. Mil. 782 ecquam tu potes -ire forma lepida mulierem, cui facietiarum cor ... sit plenum? al. TER. Phorm. 522 (loq. leno) -peri, qui det neque lacrumet. RHET. Her. 4, 49, 62 in foro circum inspectans (circumsp- var. l.) ... si quem -at, cui aliquid mali ... adflare ... possit. Cic. S. Rosc. 64 (antea: hominem inventum esse mane iugulatum) cum neque servus quisquam -retur (-iebatur codd.) neque liber, ad quem ea suspicio pertineret (pendet Val. Max. 8, 1 absol. 13 inveniretur). de orat. 1, 129 se adhuc -ire discipulum, quem quidem probaret, potuisse neminem. Att. 1, 18, 1 -ire ... neminem possumus, quocum ... iocari libere ... possimus. CAES. Gall. 1, 52, 5 SALL. Iug. 41, 10. OV. ars 1, 35 principio, quod amare velis, -ire labora. et saepe.

③ qui occurrunt, offenduntur, quibus aliquis incidit: PLAVT. Rud. 893 bene factum ... est me hodie his mulierculis tetulisse auxilium; iam clientas -peri. CAECIL. com. 36 (si huc pertinet) nam novus (nobis var. l.) quidem deus -tus est Iovis (i. Iuppiter). Cic. rep. 3, 29 si vir bonus -at aliquem, qui orichalcum se putet vendere, cum sit illud aurum (item accedit enunt. relat.: QVINT. inst. 12 proem. 3 [in imag.] nobis novissima docentibus rarus, qui tam procul a portu recessisset, -iebatur. TAC. hist. 2, 42, 1 -tis, qui descivisse ... exercitum ementirentur). PLIN. nat. 7, 56 diversarum ... gentium natales tam concordi figura -ire (-iri var. l.) ... mirum esse. QVINT. inst. 1, 5, 59 si -as grammaticum veterum amatorem. TAC. ann. 2, 62, 3 illic ... nostris ex provinciis ... negotiatores -ti. al. p. p. p. masc. pro subst.: REG. eccl. Carth. 1.736 si quis de alterius monasterio -tum (receptum var. l.) ... ad clericatum ... constituerit episcopus.

④ accedit praedic. indicans, quo statu aliquis -atur: PLAVT. Epid. 109 illos omnes inimicos mi illoc facto -peri. Cic. S. Rosc. 65 aperto ostio dormientis eos -tos esse ([pendet Val. Max. 8, 1 absol. 13 inventos esse]. HIL. in Matth. 31, 11. al.). 82 nos ... paratiores -et quam putabat (AVG. c. acad. 1, 8, 23 l. 55 ut homo ... extremo die vitae ad id, quod concupivit, adipiscendum -atur paratus). Phil. 5, 3 Antonius neminem aequiorem -et quam me. fin. 2, 9. Tusc. 1, 114 ut inluxit, mortui sunt -ti (VELL. 2, 4, 5. al.; cf. e. g. VERG. Aen. 9, 450 Rhamneta -to exanguis). CAES. Gall. 5, 54, 4 tantum ... valuit esse aliquos -tos principes inferendi belli. BELL. Hisp. 13, 1 cum nostri equites pauci in statione fuissent a pluribus -ti, de statione sunt deieci. SALL. Iug. 12, 5 (antea: regem quaerere) Hiempsal -itur occultans se tugurio ... ancillae (AVR. VICT. Caes. 3, 16. VET. LAT. II Macc. 10, 37 [rec. V]. cf. CVRT. 9, 9, 5 tandem latentes -perere, sc. agrestes). OV. trist. 4, 1, 82 si quem nondum ... portis receptum barbarus in campis -perit hostis. VELL. 2, 27, 3 semianimis -tus est. 2, 74, 1 Caesar in Italiam se recepit eamque longe ... tumultuosiore -perit. PRIAP. 12, 4 quam domum revertens Theseus -perit in rogo iacentem (SVET. Otho 7, 2 VVLG. myth. 1 praef. p. 13, 21). QVINT. inst. 1, 1, 1 plures -as ... ad descendendum promptos. TAC. ann. 11, 22, 1 quidam ferro accinctus -itur in coetu salutantum principum (item -itur aliquis cum armis: 14, 10, 3 cum ferro. 14, 24, 3 cum telo. SVET. Claud. 13, 1-ti sunt ... duo ... cum dolone ... praestolantes). al.

④ quos -ire dicuntur res: PLAVT. Poen. 342 (agitur de meretricibus) proba mers facile emptorem -it, tametsi in abstruso sitast. OV. fast. 5, 200 (loq. Flora) generum matri -perit illa forma mea deum. Pont. 2, 2, 52 res heredem -perit illa suum. AMBR. Hel. 7, 19 flamma ... consumens pluri-mos, quos -ret, Chaldaeorum (de eadem re: VVLG. Dan. 3, 48 quos -perit flamma iuxta fornacem). RVFIN. epist. Clement. 19, 2 qui me finis, i. mors, in hac urbe -pererit. al.

β animalia (ad obi. accedit praedic. indicans statum l. 7. 10; exempla selecta post Ov.): PLAVT. Curc. 587 ubi nunc Curculionem inveniam?:: in tritico facillume vel quingentos curculiones ... faxo -as. CAES. Gall. 5, 21, 6 magnus ibi numerus pecoris -tus est. VERG. ecl. 2, 40 duo, nec tuta mihi valle -ti, capreoli. georg. 4, 43 *apes sunt* penitus ... -tae pumicibusque cavis eqs. (COLVM. 9, 8, 14. cf. 9, 13, 4 apium corpora, quae ... sub favis acervatim enectae -untur). Ov. met. 8, 333 *venatores* cupiunt ... suum -ire periculum, i. *bestiam* (item in venatu: GRATT. 171 quos -perit hostis canis Vmber. al.). CVRT. 9, 1, 4 serpentes. PLIN. nat. 8, 6 *elephantum* illa discenda meditantem noctu -tum. al.

B vi deminuta, sc. pass. tantum, -untur, qui (quae) certo loco commorantur (maxime homines, sed res l. 14sq.): **1** quaelibet tempora verbi: FIRM. math. 5, 1, 2 si horoscopus in Ariete fuerit inventus ..., im(um) caelum -itur in Cancro (item in astrologia: 7, 19, 3 [antea syn. fuerint ..., sit ... constitutus, ... sit positus] si nulla benivola stella in cardine -atur. 8, 6, 8 vita ... erit in ortu, mors -etur in occasu. AMM. 20, 3, 2 MART. CAP. 8, 869. al.). AMM. 17, 8, 3 legatio praedictorum opinantium -iri imperatorem ... in hibernis. CASSIAN. conl. 1, 14, 6 (spectat ad Luc. 23, 43) non credunt Christum potuisse eodem die, quo in inferna descendit, etiam in paradiso -iri. CONC.^s II 3, 1 p. 150, 28 quoniam neque alii ... hic sunt neque presbyter archimandrita in praesenti -itur (gr. II 1, 1 p. 164, 31 ἐνταῦθα ἔστιν). **2** perf. -tus (cf. constitutus, positus vol. IV 523, 45sq. X 1, 2663, 14sq.): COD. Iust. 9, 3, 1 (a. 365) si miles in provincia -tus crimen ... commiserit (12, 20, 4, 2 [ca. a. 466]). EVAGR. vita Anton. 59, 2 l. 5 monachos ..., qui forte ibidem sunt -ti (gr. συνέβη ... ἐκεῖ ... εἶναι). AMM. 22, 7, 6 senator ... forte -tus apud Constantinopolim. 29, 4, 4 scurras casu illic -tos. HIER. epist. 93, 1 episcopi, qui Hierosolymis in sancta encaeniorum die -ti sunt (VVLG. II par. 34, 32 qui -ti fuerant in Hierusalem. RVFIN. hist. 3, 6, 21 mulier quaedam H. -ta [gr. εἰς τὴν καταφυγούσα]). CONC.^s II 2, 1 p. 33, 20 alii, qui ... in eadem civitate -ti sunt (altera vers. II 4 p. 144, 1 inventis). II 3, 1 p. 77, 20 congregata ... synodo -ta in praedicta ... urbe (gr. II 1, 1 p. 100, 5 τῆς ἐνδημούσης). II 3, 3 p. 61, 24 episcopi hic -ti (gr. II 1, 3 p. 52, 24 οἱ ἐνταῦθα ἐβρεθέντες). al.

II sine respectu loci: A c. notione acquirendi, accipiendi, adhibendi sim.: 1 -untur cupita, desiderata, exquisita (ad finem quandam l. 47): **a** quaelibet (exempla selecta inde a VAL. MAX.): PLAVT. Merc. 845 domi erat, quod quaeritabam: sex sodales -peri, vitam, amicitiam, civitatem ...; eorum inventu eqs. (simul pertinet ad p. 1189, 70). TER. Haut. 112 gloriam (v. p. 1188, 10). CIC. Quinct. 10 ius par (v. l. 62). ad Brut. 2, 5, 6 *filius meus* virtutis disciplinam meliorem -et nullam quam ... imitationem tui. al. CATVLL. 79, 4 tria notorum savia. CAES. Gall. 1, 53, 2 lintribus inventis sibi salutem -erunt ([pep- conl. Heinsius]). APVL. met. 9, 1, 6 AMM. 16, 12, 40). 3, 15, 2 cum ei rei nullum -retur auxilium. PVBLIL. sent. F 3 fortunam citius -as quam retineas. CRIS 181 ubi nulla malis -i solacia tantis (CASSIAN. inst. 10, 20 p. 189, 21). Ov. am. 3, 2, 50 pax iuvat et media pace -tus amor. rem. 95 amor -it ... alimenta morando. trist. 3, 10, 78 haec est in poenam terra -ta meam. SEN. contr. exc. 8, 4 Curti, perdideras sepulchrum, nisi in morte -isses. CELS. 1 prooem. 37 medicum temptaturum ... remedia similia ... et ... opem -rturum (item respic. valetudo: 7, 3, 2 ad -endam sanitatem. SCRIB. LARG. 84 necessaria ... ad conservandam vitam humanam, quae per aliorum laborem -ta sunt, ... scire). VAL. MAX. 9, 2 ext. 5 cum crudelitas munimentum ex se ipsa -perit. TAC. ann. 13, 44, 1 -ta ... spe ditoris coniugis. 14, 13, 1 Nero, an obsequium senatus an studia plebis -ret, anxius. SVET. Cal. 25, 1 edixisse matrimonium sibi -tum exemplo Romuli et Augusti. al. **b** occasio, causa sim.: PLAVT. Pseud. 1046 occasionem -isti, verbero, ubi perconteris me eqs.? (Trin. 757. CIC. fam. 7, 8, 2 istam o. et facultatem, qua melior numquam -etur. al.). TER. Eun. 1001 iam diu aliquam causam quaerebat senex, quamobrem aliquid insigne faceret eis; nunc -perit (nisi ad p. 1195, 24sq., ut fort. etiam: CIC. Verr. II 1, 64 qui hospitis relinquenti c. -ire non posset. NEP. Ham. 3, 1 bellandi). CIC. Quinct. 10 cum ... ei ... non ius par, non agendi potestas eadem, non magistratus aequus -iri poterit. al. **c** exitus, finis sim.: CIC. Cluent. 7 quod in hoc uno, sc. aequo iudicio, denique falsae infamae finis aliqui atque exitus -atur (AVG. c. Faust. 32, 19 p. 780, 29 ut ... e. theatricum ... fabula vestra -ire non possit. CASSIOD. in psalm. 43, 22 l. 358 praesentis vitae. aliter p. 1192, 20). Brut. 157 ne lugendi quidem finem -emus (PLANC. Cic. fam. 10, 15, 4 VAL. MAX. 9, 12 ext. 1. al., adde l. 64. 70). Ov. met. 10, 377 nec modus aut requies, nisi mors, -itur amoris (LIV. 3, 40, 1 nec irae nec ignoscendi modum. VELL. 2, 47, 3 cuius ambitus neque finis -iebatur nec m. al.).

2 -untur alicui occurrentia, obvia: **a** molestiae, infortunia sim.: PLAVT. Merc. 740 nimium negoti -peri (cf. -ire negotium: Rud. 483 Trin. 389). Mil. 471 ne tu tibi malam rem -isti! Stich. 746 nimio ... sibi mulier meretrix -perit odium oculus sua inmunditia, quam, in perpetuum ut placeat, munditia sua. al. Ov. am. 3, 3, 38 officio est illi Semelae poena

-ta suo (trist. 2, 12). PHAEDR. 4, 4, 11 (loq. equus) parvae vindictam rei dum quaero demens, servitutum -peri. INSCR. Notiz. Scavi 1919 p. 305 (a. 69/96; depon.) cum qua coniuge vixit annis (decem), in qua -tus nihil, sc. mali, est nisi dolorem mortis. **b** nomina: PLAVT. Stich. 176 propter pauperiem hoc adeo nomen Gelasimi -peri (CIC. div. 1, 16 aristolochia herba n. ex inventore -perit). MACR. Sat. 1, 6, 28 cognomina. **c** varia: PLIN. nat. 14, 71 ubique eadem fabula -itur. AMM. 17, 2, 1 revertens ... sudorum reliquias -perit tales eqs. (item accedit praedic.: 30, 9, 5 intemeratas reliquit has partes ut -perit. ALC. AVIT. carm. 4, 340 diluvium varios mundi cum -perit actus). al.

B c. notione comprehendendi, mente tenendi; -untur: 1 quae exquiruntur, investigantur: **a** varia exempla: PLAVT. Trin. 921 (quaeritur nomen e memoria elapsum) coniecturā si -ire possumus. RHET. Her. 2, 9, 13 deinde a nobis sententia scriptoris -etur. 4, 8, 11 quae ... poterunt ornatissima verba -iri (TIB. 2, 5, 112 sine qua puella versus mihi nullus v. potest iustus aut -ire pedes. SEN. dial. 11, 3, 3. FRONTO p. 150, 13 scis v. quaerere, scis -ta recte collocare). al. CIC. inv. 2, 47 ipsius rumoris causa et veritas ex iisdem adtributionibus -etur (Brut. 325 [antea: si quaerimus] c. -emus verissimas duas. et saepius. CAES. Gall. 1, 50, 4. al.). Verr. II 2, 59 exitus nullus -iebatur (nat. deor. 1, 107. al. BELL. Alex. 63, 4. al.; cf. p. 1191, 64). 2, 183 quod ego maxime genus ex sociorum litteris -ire cupiebam (3, 171). 5, 87 -ta est eadem istius hominis avarissimi ratio in praesidiis quae in classibus (LVCR. 5, 335 HIER. hom. Orig. in Luc. 10 p. 63, 9). leg. agr. 1, 23 ut circumspiciamus omnia ..., nihil tam populare quam pacem ... -emus (Att. 16, 4, 3. CAES. Gall. 5, 13, 4 percontationibus. SEN. contr. exc. 8, 3). LVCR. 1, 954 quod inane -tumst, sc. a nobis. CAES. Gall. 1, 29, 3 eorum ... censu habito ... -tus est numerus militum tot (VVLG. III reg. 20, 15. al.). MANIL. 2, 116 caelum ... nosse ... et -ire deum (EVCHER. laud. her. 41. aliter p. 1190, 2). VITR. 9 praef. 4 locus ..., si erit quadratus eumque oportuerit duplicare (-cari codd.) ..., descriptionibus linearum emendatis -itur. et saepe. depon.: CENIO de ecl. 31 (loq. Pilatus, cf. e. g. Vulg. Luc. 23, 14 nullam causam inveni) equidem in iusto nil tale -tus (ita cod.; -tum Suringar, -tumst Riese).

b illustrantur structurae: **a** praedic.: PLAVT. Capt. 625 hoc si secus -es, sc. quam dico (item c. adv. sim.: CIC. Att. 5, 21, 5 hoc tu ita -es [13, 28, 4]. FIRM. math. 6, 40, 2 simili ratione). TER. Hec. 843 deus sum, si hoc itast. :: verum -es (AVG. civ. 12, 6 p. 518, 26 ea causa verissima -itur, quod eqs. GREG. M. moral. 19, 46 l. 113). CIC. Verr. II 1, 34 quae fecisti, in iudicium voco: hora nulla vacua a furto ... -etur. et saepe. LVCR. 3, 237 triplex animi est ... natura -ta. et saepius. -untur noxii, criminis rei: COD. Iust. 9, 24, 2 (a. 326) quicumque solidorum adulter poterit -iri (sim. Theod. 9, 21, 5). HIST. AVG. Avid. 8, 2 quos conscios tyrannidis -isset (COD. Iust. 1, 3, 53, 5 huiusmodi criminis). Alex. 23, 1 si aliquem -isset tribunorum in crimine. al. **β** enunt. interrog.: PLAVT. Cist. 184 si qua queat servus -ire, quae sustulerit recens natam expositam. TER. Haut. 659 nisi ex ipsa quaeras, unde hunc anulum habuerit, si potis est -iri. CIC. Quinct. 63 cum ... causam ipsam considero, quid aliud dicere possit, non -o. Verr. II 3, 186 nihil possum -ire, quam ob rem te in istam amentiam incidisse arbitrer, nisi forte eqs. (item -ire non posse sim.: orat. 183 si, cur id accidat, -ire nequeamus. ac. 2, 14 LVCR. 3, 1050. CAES. Gall. 4, 20, 4 quanta esset insulae Britanniae magnitudo ... -ire non poterat. APVL. met. 3, 6, 4. al.). de orat. 2, 18 ut ... quaeras omnia, quomodo Graeci 'ineptum' appellent, non -es. al. CAEL. Cic. Att. 10, 9^a, 3 (= fam. 8, 16, 2) id nescio; quod porro tuum consilium sit ad desperatos accedere, non medius fidius -o. VARRO ling. 9, 25 CELS. 1 prooem. 60. SEN. epist. 51, 1 quem montem quare dixerit Messala unicum ..., non -o. al. **γ** nom. c. inf. (pass.): PLAVT. Cas. 1013 haec Casina huius -etur filia esse. CIC. Verr. II 1, 28 cum ... -retur quidam pecunias sumpsisse mutuas eqs. Caecin. 61 si -entur ita parati fuisse, ut eqs. Cluent. 102 Cluenti nummus nullus iudici datus ullo vestigio -itur. off. 1, 10 haec ratio in quinque partes distribui debere -itur. LVCR. 1, 504 duplex natura duarum dissimilis rerum longe constare -tast, corporis atque loci. al.

δ acc. c. inf.: cum verbo act.: CIC. inv. 1, 2 -emus id principium eloquentiae ex honestissimis causis natum. leg. agr. 2, 3 si recordari volueritis de novis hominibus, -etis eos ... aliqua occasione esse factos consul. Tim. 10 -iebat nihil esse ... eo praestantius. al. MAT. Cic. fam. 11, 28, 7. CAES. Gall. 1, 40, 8 hos, si quaerent, -ire posse ... Ariovistum ... vicisse. 6, 35, 7 ubi sit Caesar, ex captivis quaerunt; profectum longius -unt omnemque exercitum discessisse cognoscunt. al. VARRO ling. 5, 6 hoc qui animadverterit, facilius scrutari origines patietur verborum: -et enim esse commutata. al. cum verbo pass. (sc. structura pro subi. posita): PLIN. nat. 17, 53 nuper -tum est oleas gaudere maxime cinere eqs. TAC. ann. 3, 71, 1 -tum est aedem esse ..., quae sic nuncuparetur. al. **ε** adv.: CIC. Cluent. 23 sicuti multis ex rebus -etis. CAES. Gall. 2, 4, 1 cum ab his quaereret ..., sic -iebat: ... Belgas esse ortos eqs. (2, 15, 3). PLIN. nat. 35,

12 clupeos ... dicare ... primus instituit, ut -o, Appius Claudius (PS. AVG. categ. 18, 153). FIRM. math. 7, 12, 2 (= 3) similiter et in mulierum genitura -es. ζ quod: VVLG. Iudith 7, 6 Holofernis ... -perit, q. fons ... extra civitatem dirigeret. CASSIAN. conl. 8, 16, 4 quem *fratrem* cum requisisset, -perit, q. ... vicum petisset.

2 *quae vario modo cognoscuntur*: a *quaelibet exempla*:
 α *active*: ① *cum obi. acc. nudo vel absol.*: PLAVT. Bacch. 566 rem -peri omnem ex tuo magistro. Most. 1111 omnia male facta vestra -peri radicitus. Poen. 1241 numquam mecastor -es tu istuc probrum penes nos. CIC. Cluent. 62 nihil, nihil ... aliud, iudices, -etis. HIL. in Matth. 10, 23 tria tantum in homine -imus, id est et corpus et animam et voluntatem. LVCIF. Athan. 2, 5 1.8 sic te lupum finxeras ovem, tamquam non fuisset -es ex operibus tuis te -rturi. COD. Iust. 9, 24, 1, 4 (a. 321) nisi dominus ... ut primum -erit, scelus prodiderit perpetratum.

② *illustrantur structurae (sive ad obi. accedentes sive pro obi. positae)*: ① *praedic. (intellegitur ipsum obi. l. 17)*: PLAVT. Men. 683 mihi tu ut dederis pallam ...? numquam factum -es, sc. id (item Poen. 762). TER. Hec. 200 utin omnes mulieres eadem aequae studeant ... neque declinatam quicquam ab aliarum ingenio ullam -as! CIC. Verr. II 3, 170 nullam civitatem ... -etis ... officiis fidelioem. SEN. contr. 2, 7 pr. *mulierem* pudicam -peri (comperi *contr. exc.*). VELL. 1, 5, 2 (*antea: nemo* inventus est) neque quemquam alium, cuius operis primus auctor fuerit, in eo perfectissimum praeter Homerum ... -emus. SEN. dial. 10, 7, 5 neque *vir sapiens* ... quicquam -perit dignum, quod cum *brevi* tempore suo permuraret. TAC. ann. 6, 22, 1 sapientissimos veterum ... diversos -es *eqs.* FVLG. aet. mund. p. 154, 18 (16 invenies) *eos natos* in filiorum detrimento -es. ② *enunt. interrog.*: PLAVT. Aul. 804 nunc servom esse ubi dicam meum ..., non -o. QVINT. inst. 4, 1, 51 quid amplius debeam optare *quam iudicem benevolam*, non -o. ③ *acc. c. inf.*: TER. Hec. 58 quam paucos -as meretricibus fidelis evenire amatores (DON. *ad loc.* 6 aptum verbum ad raritatem, et ideo ... *dixit* 'paucos -as', si quos quaeras; non autem -etur, nisi quod quaeritur). Ad. 860 re ipsa -peri facilitate nihil esse homini melius. CIC. Cael. 18 sic ... -etis ... hanc migrationem ... causam ... malorum omnium ... fuisse. al. CAES. civ. 1, 25, 2 Brundisium ... pervenit; ... -perit consules Dyrrachium profectos *eqs.* (*postea: inveniri*). QVINT. inst. 12, 2, 14 -as quosdam in disputando mire callidos ... non ... sufficere in ... graviore actu. FRONTIN. strat. 1 praef. 3. SVET. Claud. 32 cum periclitatum quendam prae pudore ex continentia *flatum* -isset. APVL. met. 5, 16, 3 nihil aliud -es ... quam mendacia ... pessimam feminam confingere. CONC. I 2 p. 39, 6 (= I 3 vers. Tur. p. 22, 24) ita -emus sanctos sapuisse patres. al. ④ *enunt. relat. consec.*: TER. Ad. 592 ego in hac re nihil -o, quam ob rem lauder tantopere (SCHOL. Ter. Bemb. invenimus cum labore, -imus eventu). CIC. Verr. II 2, 152 neminem -es, qui neget. fin. 2, 70 *Epicurus* negat se -ire in asotum vita, quod reprendat (*structura pro obi. ponitur ut*: VELL. 2, 69, 6 neque -as, quos ... pronior fortuna comitata sit). off. 1, 82 -as multos, quibus periculosa ... consilia ... maiora videantur. al. VAL. MAX. 7, 2 ext. 12 eum *beatum* in illo numero -es, qui a te ex miseris constare creditur. al. ⑤ *adv.*: CAES. civ. 3, 57, 5 ut postea confecto bello -iebamus. FVLG. aet. mund. p. 137, 15 non aliter etiam in homine ... -es.

⑦ *in scaenam refertur, iterum editur (cf. p. 1239, 23sq. et supra p. 611, 38sq. nec non pono vol. X 1, 2658, 51; simul vergit ad 4):* HOR. ars 190 quae fabula posci vult et spectanda -i (reposci pars edd.; cf. PORPH. iterum proferri. SCHOL. quae vult ... -i spectanda, ut denuo agatur).

⑧ *quae compensatur sim. (quam aliquis ulciscitur p. 1239, 7; piando -itur duplum l. 75. p. 1239, 2; obi. acc. indicat id, quod compensationis causa datur; accedit pro l. 66. p. 1239, 2, in locum, loco l. 71. p. 1239, 10, in vicem p. 1239, 4; cui rei vel animanti compensatio fiat, indicat dat. p. 1239, 5sq.; cf. l. 40 et NON. p. 381, 1 reddere: -ere [affert Plaut. Most. 110, v. p. 488, 57]. exempla selecta inde a Liv.):* LVCR. 5, 685 in annuo cursu sol, quod temporis ab alterutra detraxit parte, sc. diei aut noctis, -it eius in adversa tanto plus parte relatus. CIC. Att. 12, 6^a, 1 si ... in libris tuis (sc. orat. 29) ... "Aristophanem" -ueris pro "Eupoli" (item verba scripta: fam. 7, 18, 2 [antea: quod in palimpsesto scripsisti, laudo] non ... puto te meas epistulas delere, ut -as tuas. cf. p. 1244, 44). ALF. dig. 23, 5, 8 vir ... olivetum succiderat ad hoc, ut novellum -ret (cf. ACT. Arv. a. 224 [CIL VI 2107, 17] (quod) in eo luco sacro aliae arbores sint -tae, sc. pro fulmine ictis. VLP. dig. 25, 1, 14 pr. arbores in locum mortuarum). VERG. georg. 2, 202 quantum graminis longis carpent armenta diebus, exigua tantum gelidus ros nocte -et (sc. efficiendo, ut tantundem crescat). LIV. 29, 19, 7 (antea: restitui) pecuniam, quanta ex thesauris Proserpinae sublata esset, conquiri duplamque pecuniam in thesauros -i. 33, 5, 12 si evolsus forte est unus

ramus e vallo ..., alium -ere perfacile est. 39, 7, 9 (*antea: mālus instabilis* signum Pollentiae ... deiecit) censuerunt ... signa duo pro uno -enda. SEN. Phoen. 122 dira ne sedes *Sphingis* vacet, monstrum -e maius, sc. *me Oedipum*. COLVM. 4, 26, 2 *talia pedamenta* submovenda ... eorumque in vicem idonea -enda. PLIN. nat. 36, 32 cui signo *Timothei* caput -uit Avianius Euander. FLOR. epit. 1, 16, 12 nec prius finis caedibus datus, quam iugum et hostibus, i. *Samnitibus*, et duci capto -uerunt *Romani* (*inde* OROS. hist. 3, 15, 9. IORD. Rom. 146 i. sibi promissum [nisi i. *retorquetur*, cf. p. 1247, 5]). VET. LAT. loc. 14, 42 (Tert. pudic. 20, 9, *sim.* VVLG.) sumi alios lapides ... et -i loco pristinatorum (gr. ἀντιθήσοισιν, cod. 100 subponent, 104 ponent). VLP. dig. 7, 1, 8 quamvis *fructuarius* melius -tur sit (sc. *pro eo, quod vetustate corruit*). al.

γ *quae suppletur, cum desit* (cf. *infra* p. 1245, 66): CIL XIV 3437, 5 (a. 111) *magistra Bonae Deae* tecta extendit et tegulas, quae minus erant, de suo -uit.

β *animans (eius corpus membraque v. p. 1238, 6sq.)*: α *quo libet usu*: VERG. Aen. 9, 502 (477 *evolatur domo*) illam *matrem Euryali lugentem* ... corripunt interque manus sub tecta -unt. SEN. epist. 36, 10 venit iterum qui nos *mortuos* in lucem -at dies (cf. APVL. met. 11, 21, 7 *Isis solet in fine vitae* constitutos ... quodam modo renatos ad novae -ere rursus salutis curricula). SIL. 10, 486 pulsos per bella -ere reges (cf. FLOR. epit. 1, 1, 5 *Romulus* patrum ab arce deturbat, avum -it). SVET. Nero 24, 2 excussus curru ac rursus -tus. al. in *scenam* (cf. p. 1238, 54; *simul vergit ad 4*): HOR. ars 120 si forte -is *Achillem* (opp. 125 *siquid inexpertum scaenae* committis. cf. PORPH. quasi iterum profer[en]s. SCHOL. scriptis tuis recondis; quasi iterum reducis ac reddis vivum carmine tuo; vel ... 'scribis' aut 'transfers', quia alii dixerunt de ipso. *ibid.* itidem scribi, sc. ac *Homerus*; aut 'ad imitationem Homeri scribis').

β *refl. aut mediopass.*: HOR. sat. 2, 4, 39 quibus *piscibus* assis languidus in cubitum iam se conviva -et (sc. *se levando; distingue* l. 57). SEN. epist. 95, 57 (in *imag.*) *hominibus* non contingit tranquillitas nisi immutabile ... iudicium adeptis; ceteri decidunt subinde et -untur *eqs.* 121, 8 *animalia quaedam* inversa tam diu se torquent ..., donec ad locum -antur (*postea: testudo non ante desinit ... quater se, quam in pedes constitit*). COMM. instr. 2, 11, 8 (*ad desertorem; in imag.*) (-tus) castris ulterius cave delinquas (-tis cod.).

2 *motu contrario, sc. motui, actioni propriae aut alienae antecedenti (instanti sub b)*: α *usu trans. -itur, quod rursum deponitur, demittitur antea sublatum, levatum (actio iteratur maxime l. 49sq. p. 1240, 20, fit vice versa l. 30; distingue p. 1238, 1sq. 1243, 61sq.)*: α *instrumentum operis vel opus ipsum (-it fere is, qui relinquit, intermittit opus, propositum [cf. l. 58])*: PLAVT. Asin. 519 (in *imag.*; loq. *meretrix ad lenam*) si -ivi remum, sola ego in casteria ubi quiesco *eqs.* Ov. met. 4, 10 *mulieres* telasque calathosque infectaque pensa -unt. *pro sub. est labor ad finem perductus*: VERG. georg. 2, 416 iam vinctae vites, iam falcem arbusta -unt (SERV. putatae sunt nec falcem requirunt). β *corpus proprium (alienum l. 59. 63sq.) eiusve partes sim. (species l. 53; simul huc pertinent p. 1240, 42sq. allata; arcuimus l. 18)*: ENN. ann. 556 *grues* per ... fabam repunt et mollia crura -unt (VERG. georg. 3, 76 pecoris generosi pullus in arvis altius ingreditur et m. c. -it. cf. CLAVD. DON. Aen. 12, 220 p. 220, 25 *Turnus* tacitos habuit gressus, dum vix pedem movebat et vix -bat alterum, ut progredieretur). VERG. Aen. 5, 619 faciem ... deae (v. p. 1240, 10; *item -itur species corporis*: Ov. met. 12, 557 *Perichlymeno* posse figuras sumere, quas vellet, rursusque -ere sumptas Neptunus dederat). FEST. p. 348 (*antea: ex lectulo suo si (... surr)rexit*) (s)e in lectulum -uit (*ibid. [e Veranio]*) rursus se in lectum -ere. cf. PETRON. 65, 6 [4 *territus* temptavi assurgere] recreatus hoc sermone -ui cubitum, sc. in lecto [*distingue* l. 30]). VAL. FL. 4, 279 *pugiles* paulum ... -unt brachia. PS. QVINT. decl. 10, 4 *mater* oderat rogos, -i corpus *filii* et servari membra cupiebat. CYPR. Fort. 13 l. 36 *morte* terris ... subtraheris, ut in regnis caelestibus -aris. PRVD. cath. 4, 49 *leones mansueti prophetae* adstant comminus et iubas -unt. LEX Sal. Merov. 95 si quis hominem ... de ramum, ubi in-crocatur, -ere praesumpserit. 102, 1 (*antea: in bargum* levare corpus *hominis occisi*) ut usque septem noctes non -atur. γ *onus (huc fort. p. 1240, 47)*: CATVLL. 31, 8 (in *imag.*) o quid solutis est beatius curis, cum mens onus -it? Ov. met. 15, 407 nidi ramos levat ... fertque ... cunas ... suas *per auras* et ... ante fores sacras Hyperionis aede -it (*Phoenix* ut: CLAVD. carm. min. 27, 92 illic ... patriam ... -it congeriem). VAL. FL. 2, 33 iniectam fesso dum pectore molem *Aetnae* commovet experiens gemituque -it inani *Typhoeus*. SVET. Aug. 100, 2 corpus ... Bovillas usque deportarunt noctibus ..., cum interdiu in basilica cuiusque oppidi ... -retur (cf. APVL. met. 8, 30, 2 dea, sc. *statua eius*, ... vehiculo meo sublata et humi -ta). GAIVS dig. 1, 8, 5 pr. onus aliquid in his *ripis* -ere, sc. *e nave (item* INST. Iust. 2, 1, 4).

δ *arma sim. (distingue p. 1237, 54)*: VERG. Aen. 5, 484 (*loq. Entellus pugil*) caestus artem, que -o (SERV. et arma deposuit

et arti renuntiavit. () v. p. 1247, 13). Ov. met. 1, 259 (*antea: Iuppiter* iam ... erat ... sparsurus fulmina ..., sed *eqs.*) tela -untur (cf. l. 7). SIL. 12, 639. STAT. Theb. 9, 588 arcūs et fessa -ere t.). SEN. Phoen. 471 hastam solo defige; ... hunc *clipeum* quoque -e (SIL. 12, 23 ne nocte quidem c.ve ensesve -sti, non pharetrae aut iacula). SIL. 11, 560 nunc pacem orandum, nunc improba ... arma -enda (CLAVD. DON. Aen. 10, 835 p. 395, 3 prato -ta). STAT. Theb. 7, 201 (*loq. Iuppiter*) quotiens iam torta -am fulmina.

al. ε *vestimenta, corona, fucus, dentes facticii sim. (sc. antea induta sim.; sed induuntur antea exuta sim. p. 1237, 47sq.)*: VERG. Aen. 5, 619 *Iris* (faciem, que deaeque vestemque -it, fit Beroe () ad p. 1239, 52). Liv. perioch. 116 *Caesar* a M. Antonio ... diadema capiti suo impositum in sella -uit. MART. 9, 37, 3 cum ... dentes ... nocte -as. Ivv. 6, 467 *mulier* aperit vultum et tectoria prima *fuci* -it. VVLG. Ezech. 42, 14 *sacerdotes* ibi -ent vestimenta sua *sancta* ... vestiunturque vestimentis aliis. CASSIOD. hist. 7, 4, 2 induti ... pallii ipsa pallia -bant (gr. *Socrat.* 3, 24, 6 ἀπετίθευτο). ζ *mare tempestate commotum, tumidum, sc. sedatur* (cf. *infra* p. 1245, 45): VAL. FL. 1, 651 *Neptunus* pontum ... ac turbata -it litora (cf. SIL. 14, 623 sidente Noto cum se maria alta -unt. v. *etiam* vol. X 1, 2648, 49sq.). η *quidlibet*: STAT. Ach. 1, 830 *virgines* thyrsos pariterque levant pariterque -unt (sc. *concutiendo*).

θ *usu absol. vel intrans. -unt, qui motui sim. instanti vel sibi invicem repugnant (siquidem -ere recte trad.; estne quod conferas p. 1243, 14?)*: PS. QVINT. decl. 3, 9 p. 50, 8 deponet arma (an -et,?) (*pars codd.*, an opponet *Häkanson, glossam suspic. Shackleton Bailey, Class. Phil.* 80, 1976, 192, an non deponet *Reitzenstein* al., an neponet vel anne ponet *codd. ceteri*). THEOD. PRISC. log. 102 p. 202, 13 ut Hippocrates ait 'mixti cibi insimiles veluti -entes, in stomacho digestionem impediunt' () insimul v. -entes B, insimiles vel ita -entes V, v. sibi repugnant *cod. Gelenii perditus; de verbo -ere dubitant Rose in ind., Fuchs in scheda*).

3 *retro, post tergum aut e medio, seorsum*: α *strictius, sc. resupinatur, inclinatur a positione erecta vel ita ut iaceat, recumbat corpus eiusve membrum sim. (cf. p. 1239, 56. 1243, 20. 1250, 26)*: α *proprium*: LVCR. 1, 35 *Mars resupinus Veneris* in gremium ... suspiciens tereti cervice -sta (SIL. 7, 322 miles clipeo c. -sta ... iacebat. QVINT. inst. 4, 2, 39 *oratores quidam* et cervicem -unt in *latus eqs.*; cf. PAVL. NOL. carm. 15, 322 [in *imag.*] *montes* desertaque ... petivi in gremio domini dulcis mea colla -ens. et l. 48). QVINT. inst. 11, 3, 99 quartus *digitus* oblique -itur. CLAVD. 27, 3 venator defessa toro ... membra -it. *refl. aut mediopass.*: APVL. met. 1, 11, 3 maturus quieti nos -amus et somno. 4, 8, 3 *latrones* lavacro refoti inter toros sociorum sese -unt. PEREGR. Aeth. 24, 12 revertuntur ... et -ent se dormito. PASS. Fructuos. 1, 1 -to Fructuoso episcopo in cubiculo. β *alienum (quaedam simul ad p. 1239, 64sq. pertinent)*: VERG. Aen. 4, 392 *Didonem* suscipiunt famulae conlapsaque membra marmoreo referunt thalamo stratisque -unt, (6, 220 mortui m. toro defleta -unt. SIL. 6, 89 *quidam militis saucii* aegra -it m. toro. () *inde sine obi*. AVSON. 18 [357 S.], 3. cf. l. 38). 11, 149 *Euander* feretro, Pallante, -sto procubuit super () *Pallanta* var. l. [ut ad p. 1239, 64sq.], cf. SERV. posito Pallantis feretro). Ov. met. 10, 269 *Pygmalio* adclinata ... colla *statuae* mollibus in plumis tamquam sensura -it. VAL. FL. 3, 339 hunc *mortuum* ... adlevat Aesonides celsoque -it in ostro *pyrae*. SVET. Aug. 94, 6 infans ... -tus vespere in cunas *eqs.* (CLAVD. DON. Aen. 11, 540 stratis).

β *laxius vel in imag., sc. de medio tollitur, seorsum -itur (gr. resp. ἀποτιθέναι, nisi aliud indicavimus)*: α *res (addidimus animalia p. 1242, 41. 48. 57; describitur res naturalis p. 1242, 31. 51sq. 1243, 14)*:

① *quae ab usu praesenti, a visu, noxa sim. amovetur, loco securo, apto reconditur* (cf. SCHOL. Verg. Bern. georg. 4, 378 -ere: item ponere aut recondere, sicut in consuetudine dicimus): A *ut usui futuro servetur (perditioni p. 1242, 44; respectu protegendi manifestiore e. g. p. 1241, 46. 1242, 9. 25. 28. 49; p. p. subordinatur verbis (con)servare p. 1241, 30. 34. 57. 1242, 47 [cf. p. 1243, 5sq. 1246, 7], quae in contextu, explic. variant p. 1241, 26. 1242, 34. 37)*:

① -itur *messis, fructus, medicamentum sim. (vas eius p. 1241, 4. 13)*: a *quaelibet exempla*: CIC. nat. deor. 2, 156 neque ... serendi ... neque condendi ac -endi *fructus* ulla pecudum scientia est (VERG. georg. 4, 157 hiemis memores ... quaesita -unt [item respic. apes: COLVM. 9, 14, 17 quicquid est -tum mellis. EV-STATH. Basil. hex. 8, 4, 9 victum proprium -entes, ubi gr. p. 173^c οὐναγείρονα. cf. p. 1241, 23]. Aen. 4, 403 formicae *far* ... tecto ... -unt. LACT. inst. 3, 10, 3 quae *animalia* ... cibos -unt, habent utique prudentiam. cf. p. 1241, 25). CELS. 2, 24, 2 (*disting.* *pirum fragile*) *pira*, quae -untur *eqs.* 6, 7, 1^f quae contrita passo excipiuntur ... atque ita -untur; ubi usus requiritur *eqs.* TAB. cer. Pomp. Camodeca 45 pag. 2, 10 (a. 37) in quo *horreo* -tu(m) est triticum *alicuius*, quod pignori accepit (pag. 5, 8. 51 pag. 5, 14 [a. 37] quae omnia -ta habeo penes me in horreis. 46 pag. 5, 7 [a. 40]). COLVM. 2, 8, 4. 12, 15, 2 *ea vasa* convenit ... in horreum siccissimum -i. TERT. praescr. 3, 9 massa frumenti in horrea domini -etur [subest *Matth.* 3, 12

συνάξει ... εἰς]. *al.*) *ibid.* pag. 3, 4 ubi (*scrib.* ube) -tos habet saccos legumenum *tot* ..., quos pignori accepit (pag. 5, 12. COLVM. 12, 2, 1 u. quidque -atur, ut, cum opus sit, promatur. *ceterum* -tum habere *p. 1240, 73 et MARCELL.* med. 20, 106 ollam ... opertam sub divo -tam habebis. 28, 34). COLVM. 2, 9, 11 separatim ... ex ea *spica optima* semen -ere (*postea*: ad semen reservandum). 2, 9, 18 *haec siccata* reconduntur et ita -ta perennant diutius. 2, 10, 3 *lupini* reliquum, quod semini superest, in tabulatum, quo fumus pervenit, optime -is (11, 3, 22. *al. apud eundem*). 12, 16, 2 *ivas* in vasa nova ... siccio loco (SCRIB. LARG. 16 hoc medicamentum ligneo vase signatum -itur. *al.*, e. g. PS. GARG. MART. p. 212 in vaso vitreo). 12, 52, 19 sub tecto (*cf. p. 1240, 67*). *et saepius*. SCRIB. LARG. 30 *medicamentum* -itur pyxide stagna (37. *al.*). *al.* PLIN. nat. 28, 145 in fictili locis frigidis (29, 134 *adeps* in fictili novo -tus I. f. APIC. 1, 17 vas ... in locum f. ... -i facies. *cf. l. 9*). *al.* VET. LAT. gen. 41, 48 (cod. 100. 101) *Ioseph* -uit cibaria *septem annorum* in civitatibus (*gr. ἔθηκον*). I Macc. 6, 53 (rec. V) *escarum* reliquias ..., quae -tae fuerant (*gr. τῆς παραθέσεως, rec. L* reliquias repositionis, B reliquias copiarum). VVLG. Tob. 6, 5 cor eius *piscis* et fel eius et iecur -e tibi; sunt enim haec necessaria ad medicamenta utiliter. *et saepe*. *reservatur alicui rata pars carnis*: VVLG. lev. 10, 14 *haec* tibi *sacerdoti* ... ac liberis tuis -ta sunt de hostiis (*se- var. l.*). ⑥ *accedit indicatio, quam ad rem, cui tempori, usui sim. aliquid -atur (per quod tempus, v. p. 1249, 58)*: VERG. georg. 3, 403 quod *mulserunt* ..., parco sale contingunt hiemique -unt (*cf. COLVM.* 9, 14, 11 apes ... mella cibariis hiemis -unt. QVINT. inst. 2, 16, 16 -ere in hiemem alimenta ... nonnullius fortasse rationis est *animalium*). HOR. epod. 9, 1 -stum Caecubum ad festas dapes (SCHOL. servatum). COLVM. 8, 9, 4 ad cultus agrorum arborumque. 12, 7, 1 herbas in usum colligi et -i oportebit *eqs.* (12, 59, 5. *cf. 12, 50, 5 ut olivae* ... in amphoram condantur et ... ad usum in cellam -antur. PETRON. 135, 4 in quo *panno* faba erat ad usum -ta. TERT. resurr. 27, 5 in cellis promis caro salita et usui -ta servatur. MARCELL. med. 17, 52 *hoc* in doleolo vitreo -es utendum, cum usus exigerit. *cf. l. 58*). 12, 11, 1 mella ... *et aqua mulsa* in vetustatem (12, 46, 7). PLIN. nat. 22, 53 *anthemis* colligitur vere et in coronamenta -itur. 23, 137 ad hoc servantur -ti *ricini*. VLP. dig. 33, 7, 12, 30 fructus ibi, *sc. in horreo*, -tos, ut *veneant eqs.* (MARCELL. med. 12, 40 *eum* sucum ... habeto -tum ac praeparatum, ut, cum opus fuerit *eqs.* [*cf. 14, 69 id -tum habebis, ut, cum o. f. eqs.*]). *al.*

② -untur *arma, instrumenta, supellex, vestes sim.*: CIC. phil. frg. I 10 (Colum. 12, 2, 4) *promum* admonuimus, ut ... annotaret, quid ... et cui dedisset, et cum recepisset, ut quidque suo loco -ret (*gr. resp. Xen. oec. 9, 10 κατατιθέναι πάλιν*). CAES. civ. 2, 14, 1 meridiano tempore, cum ... *arma* ... omnia -ta contactaque essent (PORPH. Hor. carm. 2, 1, 4 a. cum post bellum ... -enda sunt). VERG. georg. 1, 167 (*antea enumerantur instrumenta agricolae*) omnia quae multo ante memor provisiva -es (*subest Hes. op. 457 θέσθαι*). LEX de Germ. tab. Heb. 53 quae sellae *curules Germanici* ... ex e(o) templo pr(oferantur et interea in templo) Martis Vltoris -antur et inde proferantur (*in eadem re*: 54 cum -endae erunt s., in eo templo -antur. *sim. de status eius*: tab. Siar. b III 8 re(ponantur). 10 [*verbum suppletur*]). COLVM. 11, 3, 5 siccati ... funiculi -untur in tabulato. 12, 2, 6 cura vilicae ordinem ... rerum, quas -it, *desiderat*. SIL. 4, 13 -stae ... galeae. 5, 38 ense -sto, *sc. in vagina*. PAPIN. dig. 32, 92, 1 domus meas ... cum omni instrumento et -tis omnibus (*p. p. p. neutr. pro subst.*). VET. LAT. I Macc. 1, 35 (recc. L, V, *sim.* B) congregaverunt spolia Hierusalem et -uerunt illic. VVLG. IV reg. 5, 24 *vestimenta* -uit in domo (Ezech. 44, 19 exeunt se vestimenta sua ... et -ent ea in gazofilacio *eqs.* BENED. reg. 58, 27 illa ... v. ... -antur in vestiario conservanda). REGVLA mag. 81, 27 quas *caligas* debent tempore hiemis uti, aestatis vero tempore unctas -i (81, 28 ut ... diu -tae c. conserventur). *al. in imag.*: TAC. dial. 31, 4 *orator* temperabit orationem parato omni instrumento et ad omnem usum -to. HIER. epist. 57, 4, 1 volo in chartulis meis ... quasi *limitas*, ad pugnandum sagittas -ere (I, v. vol. VII 2, 1421, 21).

③ -itur *pecunia, aurum sim.*: *proprie*: NEP. Hann. 7, 5 quae *pecunia* in aerario -retur (VAL. MAX. 4, 3, 9 in aerarium. HIST. AVG. Alex. 46, 4). SVET. Aug. 101, 2 quam summam repraesentari iussit, nam et confiscatam semper -tamque habuerat (*item -tum habere*: CELS. dig. 32, 79, 1 eos *nummos*, quos praesidii causa -tos habet). CELS. dig. 32, 79, 1 nummos ... -tos, ut mutui darentur. VLP. dig. 42, 1, 15, 12 si pupillarum pecunia in arca -ta sit ad praediorum comparisonem (PAVL. dig. 3, 5, 12 centum in arca -ui [*postea*: seponendorum centum]). VET. LAT. Iac. 5, 3 (Priscill. tract. 1, 19. *al.*) quod *aurum et argentum vestrum* -istis in novissimis diebus (*gr. ἐθησανόισατε, Vulg.* thesaurizastis). VVLG. gen. 42, 25 in sacculis suis. PETR. CHRYS. serm. 29, 1 l. 16 *malum est aurum* ... -ere. ENNOD. opusc. 3, 186 p. 379, 12 Liguribus tuis ... tribue, quod -as; futurorum quaestus est temporalis indulgentia. *al. in imag. vel compar.*: SEN. benef. 4, 20, 2 (*antea*: ero ... gratus, etiam si nocet) ut multa ... ex -to adquisitoque perdenda sint (*item p. p. p. neutr. pro subst.* [*cf.*

l. 53]: PETR. CHRYS. serm. 62, 8 l. 133 si hoc potueris de -o divinitatis adtingere et proferre deitatis arcano. *cf.* QVINT. inst. 2, 7, 4 figuris ... non quaesitis, sed sponte et ex -to velut thesauro se offerentibus). QVINT. inst. 8 prooem. 29 opus est studio praecedente et adquisita facultate et quasi -ta (28 qui ... copiosam sibi verborum supellectilem comparavit). CASSIOD. var. 8, 23, 1 hoc vere thesauris -imus, quod famae commodis applicamus. *al.*

④ -untur *scripta, libri sim.* (*cf. p. 1243, 72*): LIV. 4, 20, 8 quos *libros magistratum* linteos in aede -tos esse Monetae (VVLG. I Esdr. 6, 1 in bibliotheca librorum, qui erant -ti in Babylone [*paulo aliter gr. 6, 22 ἐν τοῖς ... βιβλιοφυλακίαις τοῖς χειμένοις ἐν Βαβυλῶνι*]). 9, 46, 5 *aedilis* civile ius -tum in penetralibus pontificum evulgavit (*cf. CIL III 13665, 11 huius tituli exemplaria* ... -ta sunt in archia publica Cibyatarum). QVINT. inst. 10, 4, 2 si *scripta emendanda* in aliquod tempus -antur, ut ad ea post intervallum velut nova ... redeamus (PORPH. Hor. epist. 2, 1, 113 scrinia capsas dicit, in quibus s. omnia -antur). SIDON. epist. 3, 14, 1 meas nugae ... plus voluminum lectione *dignaris* ... -torum. ENNOD. epist. 1, 16, 2 p. 27, 15 prolixiores paginas impetravi et diu forte -tum ... eloquii uber elicui. *al.*; *fort. addas*: EXPLAN. in Don. gramm. IV 508, 8 tollo codicem, lego et -o.

⑤ -itur *quidlibet*: ① *varia exempla (huc vergit p. 1244, 1)*: FEST. p. 258 Quadrata Roma ..., ubi -ta sunt, quae solent boni ominis gratia in urbe condenda adhiberi. PAUL. FEST. p. 18 arculam ... turariam, ... ubi tus -bant. p. 69 invadentibus Gallis ... urbem sacra in eodem loco doliolis -ta fuerunt (VLP. dig. 1, 8, 9, 2 sacrarium est locus, in quo s. -untur). p. 88 favisas esse in Capitolio cellis cisternisque similes, ubi -i erant solita ea, quae in templo vetustate erant facta inutilia (*de eisdem*: GELL. 2, 10, 3 [*sec. Varronem*] cellas ... et cisternas ..., ubi -i solerent signa vetera *eqs.* [4 ad custodiendas res veteres religiosas]. *cf. l. 26*). VAL. MAX. 7, 8, 9 *anulos* in locellum -tos. SEN. nat. 4, 13, 9 -endae nivis officinas (STAT. Theb. 4, 840 [*ad flumen tumens*] non tibi cana -stas bruma nives ... refundit ..., sed tuus ... ruis). PLIN. nat. 28, 263 recordantibus, quoniam loco id *vestigium equi excussum* -uerint. STAT. silv. 5, 5, 47 (*in imag.*) qui damna doles aliena, -e ... lacrimas et tristia carmina serva! IAVOL. dig. 32, 84 quae custodiae causa in horreis extra urbem -ta sunt. LEX met. Vipasc. I 9, 31 *tantum* lignum conductor *balnei* -tum omni tempore habeto (VEG. mil. 4, 8, 2 [*antea*: carbones servantur]). GAIUS dig. 41, 1, 9, 6 merces in horreo -tas. VLP. dig. 29, 2, 71, 8 *ex hereditate aliquid* amovere non videtur, qui non callido animo nec maligno rem -uit ('seposuit?' *Mommsen*). VET. LAT. psalm. 83, 4 (cod. 303. *al.*) passer invenit sibi domum ..., ubi -at pullos suos (*gr. θήσει, cod. 300 et Vulg.* ponat). I Macc. 4, 46 (rec. L, *sim.* B, V) demolierunt altare et -uerunt lapides ... in loco apto, quoadusque veniret propheta *eqs.* II Petr. 3, 7 (Aug. civ. 20, 18 p. 446, 29. *al.*) qui ... nunc, *sc. post diluvium*, sunt caeli et terra ... -ti sunt igni [*reservandi*] in diem iudicii (*gr. τεθησανοισμένοι εἰσὶν πυρὶ τηροῦμενοι εἰς ἡμέραν, sim.* VVLG., *sed* (reservati). PAUL. NOL. epist. 31, 6 p. 273, 26 *basilica Hierosolymitana* arcano -tam sacratio crucem *Christi* servat. LEX Sal. Merov. 7, 3 si quis ... accipitrem deintro clavem furaverit (-tum). 76 cuicumque domus arserit et res, quas liberavit, ubi -at, non habuerit. *p. p. p. neutr. pro subst.* (*cf. l. 53*): PANEG. 2, 10, 3 parta gloria velut -to frui. 2, 21, 3 (*de loco*) *principes* intra -um Palatinae aedis inclusos. ② *respicitur situs rei naturalis*: SEN. nat. 6, 7, 3 non sufficeret tellus ad tot flumina edenda, nisi ex -to multoque funderet (*p. p. p. neutr. pro subst.*; *cf. p. 1241, 75*). VINDIC. med. 38 spiritu ... et decidente ... in vascula, ubi frigidus liquor -tus est.

③ *ut reficiatur, conficiatur, in melius, utilius mutetur: animal se reficiens*: VARRO rust. 3, 16, 37 est colligendum eas *apes imbre prostratas* in vas aliquod et -endum in tecto loco ac tepido; proximo die *eqs.* COLVM. 9, 13, 4 *enectarum peste* apium corpora ... siccio loco per hiemem -ta *eqs.* (*ut vere in vitam reducantur*). *rete, quod fumo siccetur* (*cf. e. g. p. 1241, 8*): GRAT. 56 non est umentibus *retibus* usus in armis ...; illa *retia* vel ad flatus Helices oppande serena vel caligine laxanda -ite fumo. *materia, quae quasi maturescat sim.*: CELS. 6, 6, 31^B id ... sub terra -itur, sublatumque post dies viginti *eqs.* COLVM. 12, 7, 2 *haec* in alveos componuntur et sale conspersa biduo sub umbra, dum consudent, -untur; deinde *eqs.* (12, 7, 4 holus atrum ... cum legeris, sub tecto -ito, dum flaccescat; deinde *eqs.*; *cf. PLIN.* nat. 35, 193 *terra* perfusa aqua siccataque solibus, iterum ex aqua trita ac -ta, donec consadat *eqs.*). 12, 41 in ... vas mustum eliquatum oblinire atque in fumum -ere. *al.* SCRIB. LARG. 25 mel Atticum pyxide ... conditum et -tum mensibus duobus. 271 haec omnia infervescunt ..., deinde perfrigerata eodem caccabo -untur posteroque die iterum infervescunt recondunturque eodem modo *eqs.* CHIRON 197 haec omnia ... habeto -tum in vaso stagna ...; hoc enim per vetustatem plus valet. MARCELL. med. 8, 102 *occisam* viperam in vaso fictili -es eamque illic putrescere permittes *eqs.* *al.*

Ⓘ *quae deo dedicatur, sacrata est* (cf. p. 1242, 26sq.): R. GEST. div. Aug. 29, 2 si(gn)a a Parthis reddita in penetrali, quod est in templo Martis Vitoris, -ui (gr. ἀπεθέμην). VAL. FL. 2, 286 *ratem defectam* Thetidi ... Glaucoque -stam. VET. LAT. exod. 16, 33 (cod. 102, *sim. al. et VVLG.*) -e illud *vas* ante deum et servetur in progenies vestras (cf. 16, 34 [cod. 102, *sim.* 104] -uit Aaron ante testimonium, ut servaretur [Vulg. posuit ... reservandum]). CLAUD. DON. Aen. 7, 180 p. 28, 18 *quae spolia* infixi postibus vel interius -ta ... indicant *eqs.* VVLG. II Esdr. 13, 5 ibi in *gazofilacio* erant ante eum *sacerdotem* -entes munera et tus et vasa et decimam *eqs.* (gr. 23, 5 ἤσαν ... διδόντες). PRVD. c. Symm. 2, 967 ante ... quam Palladium, quam Vesta penates sub lare Pergameo servarent igne -sto. *al.*

Ⓜ *quae alicunde amovetur, tollitur sim.*: DRAC. laud. dei 1, 145 (*creatur mundus*) limitibus contenta suis elementa morantur nec flammam restringit aqua glaciemve -it flammeus ignis aquae (147 non impugnata vicissim. *estne quod conferas* p. 1240, 21sq.?). ARATOR act. 2, 632 (*respic. act. 19, 12*) *Pauli miraculo* membris ... -stae ad nihilum fluxere lues. VIRG. gramm. epist. 3, 6, 2 ut Christianorum libri philosophorum -ti a gentilium scriptis haberentur.

β *homo*: Ⓐ *mortuus, umbra* (anima l. 27. 34; cf. p. 1246, 43): *qui sepelitur* (quaedam simul vergunt ad p. 1240, 31, *huc simul pertinent* p. 1237, 55. 1245, 56): VERG. Aen. 6, 655 *quae gratia currum* ... fuit vivis ..., eadem sequitur tellure -stos (p. p. *masc. pro subst.*). CIL VI 12097 (*saec. I*) ossua hic -antur Apellionis (TEST. [CIL XIII 5708] 1, 9 in qua *ara ossa mea* -antur). SIL. 3, 439 tumulo ... membra -it. 13, 478 instituit Pontus vacuare cerebro ora virum et longum medicata -it in aevum. STAT. Theb. 8, 210 ceu *Argivi* ... tristes ... rependant exequias mollique animam *Amphiarai* tellure -ant. 10, 789 patria ... in sede -unt corpus (IREN. 5, 2, 3 nostra c. ex ea *terra* nutrita et -ta in terram ... resurgunt [*simul vergit ad 1*; gr. τεθέντα εἰς κτλ.]). HIL. in Matth. 33, 8 *Iesus mortuus* in monumento novo in *petra excisa* -itur. CE 734, 6 (*Romae; saec. IV*) placida sic pace -stus. INSCR. Riv. Archeol. Crist. 38, 1962, 138 (*e Numidia; a. 472*) in hoc loco *sunt* repos(ite) memor(ie) ... Laurenti et Ippoliti. *al.* *qui ad inferos ducitur*: HOR. carm. 1, 10, 17 (*ad Mercurium*) tu *pias laetis animas* -is sedibus. STAT. Theb. 4, 623 (*Tiresias ad Laium mortuum*) te transmittere Lethen puppe dabo placidumque *pia* tellure -am. Ⓜ *vivus, qui in tuto, longinquo amovetur* (cf. p. 1250, 3): SEN. Tro. 499 (*Andromacha ad filium*) quis te locus, *quae regio* seducta ... *tuto, sc. ab hostibus*, -et? TAC. hist. 1, 10, 1 *ille* in secretum Asiae -tus ... *paene exul* fuit (se- *edd.*; cf. *Heubner, comm.* 1963, ad l.). IUVENC. 4, 143 *Iesum* occultis ... procul penetrabilibus esse -stum (cf. Matth. 24, 26 ἰδοὺ ἐν τοῖς ταμείοις). COMM. apol. 959 *populus Hebraeorum* nunc est extra -tus. ALC. AVIT. carm. 4, 403 *Noe et suos* accipit ... *claustrum arcae* vitaeque -it. COD. Iust. 1, 3, 48, 3 *homines* in xenonem -ti ... *victimum sibi* non possunt adferre.

4 *iterum, denuo* (*huc simul vergunt* p. 1238, 54. 1239, 23): *a -itur idem ibidem vel loco simili* (fort. *huc* p. 1245, 20; cf. *explicationes c. iterum* p. 1239, 25 et frequenter p. 1238, 43, *ceterum* p. 1238, 40sq. 1239, 39): STAT. Theb. 2, 88 (81sq. *convivia* ... ponunt) *post rixam* instaurare diem festasque -ere mensas. QVINT. inst. 2, 4, 29 *haec fastidium movent* velut frigidi et -ti cibi (cf. PS. AVR. VICT. epit. 24, 5 (alteri) *convivio*). INSCR. Année Épigr. 1942/43 n. 35 (*ex Africa procons.; aet. Hadr.*) termini -ti Capitonis Pomponian(i) per Peregrinum ... *mensorem*. PAVL. dig. 6, 1, 43 si *lapides* ... in hoc detracti erunt, ut alibi -rentur (cf. *ibid.* si in hoc detracti erunt, ut -rentur). ARATOR act. 2, 754 (*spectat ad act. 20, 6sq.*; in *Troade mortuus ad vitam revocatur*) signa ferens titulos in carmine nostro, Troia, -e tuos et laudibus adde triumphos. *b -itur eidem aliquid simile atque id, quod prius positum est* (pass. *impers.*; cf. p. 1237, 53): REGVLA mag. 26, 5 ne ... frater novicius nesciens adhuc mensuram *regulae* putet sibi iterato ad cenam -i.

Β *vi praeverbii minus perspicua vel evanida aliquid vel aliquis ponitur*: 1 *deorsum in corpore animantis* (proprio l. 64sq. 72. p. 1244, 6), *sc. sine respectu actionis tollendi antecedentis* (quem *usum* v. p. 1239, 39 sq.): in *capite, cervice propria*: CIC. Verr. II 4, 5 *quae simulacra virginum* manibus sublatis sacra quaedam ... -ta in capitibus sustinebant. AETNA 615 *ignem fugiens* colligit ille arma et ... *cervice* -it. in *tergo alieno*: CIC. nat. deor. 2, 125 *eae grues* ... in *tergo* praevolantium ... capita -unt (*postea: dux* non habet, ubi nitatur]. SIL. 15, 683 *equos cornipedis* tergo ... -stus). APVL. met. 7, 19, 4 *puer spirantem carbunculum* ... *oneris mei* (sc. *e stuppa constantis*) in ipso meditullio -it (*respic. onus asini ut*: 8, 15, 2 quidquid in casula pretiosum ... servabat, meo ... dorso -tum *asportavit equorum magister*). in *gremio, sinu*: LIV. 26, 15, 9 *consul* acceptas litteras neque resolutas cum in gremio -isset, *supplicium sumpsit* ([10 tum litterae lectae, ut *vergat ad p. 1242, 8; pendet p. 1244, 6*). SEN. dial. 12, 10, 8 *qua manu* ... lauream ... in Capitolini Iovis g. -uerat *dictator*). SVET. Aug. 94, 8 *Q. Catulus* somniavit ... *Iovem* in eius *praetextati*

sinum signum rei publicae, quod manu gestaret, -uisse ([*vergit ad p. 1242, 55*]). ARNOB. nat. 5, 6 p. 255, 2 *illa pomum Punicum* carpit ... atque in sinu -it; fit ex eo praegnas. cf. AVIEN. Arat. 146 *ursa* altera, qua spirae *draconis* sinus est, sublime -it verticis et ... in dorsum alterius dorso iacet [gr. *ζάχη ἔχει*]. in *manu* (*pendet e p. 1243, 72*): VAL. MAX. 3, 8, 1 l. 25 in sinistra ... *eas litteras* manu ... -uit *eqs.* 2 *cetera exempla*: VERG. georg. 3, 527 non ... Bacchi munera, non illis *bobus* epulae nocuere -stae (sc. *aliter ac hominibus fit*); frondibus et victu pascuntur simplicis herbae ([SERV. auct. saepius appostae]. AMBR. Hel. 3, 5 *angelis* nullae -tae e., nullus vini potus). 4, 378 pars epulis onerant mensas et plena -unt pocula (SERV. iterant [vel] saepe offerunt [i. auct.]). SCHOL. Bern. saepe offerunt vel proponunt; '-ere' iterum ponere aut recondere, sicut in consuetudine dicimus. cf. Aen. 1, 706 qui dapibus mensas onerant et pocula ponant). HOR. carm. 1, 9, 6 dissolve frigus ligna super foco large -ens. PROP. 4, 4, 37 (*loq. Tarpeia amore hostium ducis capta*) ille equus *ducis*, ille meos in castra *hostium* -et amores (sc. *non me ipsam?* reportet *Passerat, ceterum v. app. crit. ed. Coutelle, 2015*). SEN. dial. 10, 17, 6 *Scipio*, ni per ipsum mora sit, cum Iove -etur (cf. *de eadem re Liv. 38, 56, 12 prohibuit* status sibi ... in cella Iovis poni. Val. Max. 4, 1, 6 ponere. *item collocatur statua*: ARNOB. nat. 1, 64 p. 61, 16 *eos poetas* bybliothecarum -itis in arcanis, quadrigis et status muneramini [*vix de libris, ut ad p. 1242, 8*]. CIL XII 5413, 6 [*saec. fere II*] coegerunt -i statuam equ(estrem)). COLVM. 8, 4, 4 siccus pulvis et cinis, ubicunque *gallinas* ... tectum protegit, iuxta parietes -endus est, ut sit quo aves se perfundant. QVINT. inst. 8 prooem. 22 ungues polire et capillum -ere. CHIRON 508 sic curant: morbida in aqua -itur *equa* (*Oder, -ite cod. Monac.*). ANON. med. ed. Piechotta 129 eum -es medicamentum et exinde fricabis papulas (cf. e. g. 141 inpones). EVSTATH. Basil. hex. 5, 1, 6 (*ad gen. 1, 11*) pecoribus ... conditor alimoniam -bat (*postea: subsidia* ... recondidit; gr. p. 96^B προαπετέθη). LEANDER reg. 28, 2 *virgo* non -it in *monasterio* commune, quod possidet, sed exiguum parvitatem privatim occultat. *al. usu refl.*: FLOR. epit. 1, 7, 10 maiores natu ... in suas quisque aedes regressi ... in curulibus sellis sese -uerunt (pos- var. l.).

Ⓐ *incorporaliter*: A *vi praeverbii perspicua aliquid vel aliquis -itur*: 1 in loco vel statu proprio vel priore, sc. debito, meliore, apto vel quo opus est (unde est ablatum [ablatus] aut allatum [allatus]; -itur aliquid alii atque ei, a quo receptum est, l. 60): a quod vel qui *compensatur sim.* (saepius *puniendo, ulciscendo; cui compensatio fiat, indicat dat. l. 46. 57. 63. p. 1245, 6. 10. 12. al. [refl. p. 1245, 2]; cf. p. 1238, 58*):

α *cum obi. acc., quod indicat*: Ⓐ *id, quod compensationis causa datur* (pro qua re, indicat praepos. pro l. 43sq. 48. 63, locut. in locum l. 51. 66, dat. rei l. 54sq.): Ⓐ *res*: RHET. Her. 4, 26, 36 correctio est, quae tollit id, quod dictum est, et pro eo id, quod magis idoneum videtur, -it (cf. LACT. inst. 6, 15, 13 pro aegritudine aliquid -endum *fuit philosophis quibusdam* [14 nomen aliud indiderunt]. v. *etiam* p. 1238, 66 sq.). CIC. Verr. II 2, 52 (51 *Marcellia* tolluntur) praeclarum diem illis, *sc. Syracusanis*, -isti, Verria ut agerent. VERG. Aen. 12, 878 (*loq. Iuturna*) haec, *sc. mala, Iuppiter mihi* pro virginitate -it? SEN. epist. 81, 9 referre est ultro, quod debeas, adferre ...; non dicimus '-uit beneficium' aut 'solvit': nullum nobis placuit, quod aeri alieno convenit, verbum (*seq. p. 1237, 37; an ad l. 69sq.?*) 94, 33 expelle ... falsas opiniones de bonis et malis, in locum autem earum veras -e. QVINT. inst. 11, 2, 49 invenit perdit quisque id, quod elegerat, verum nec facile -it aliud, dum id, quod scripserat, quaerit. OPTAT. app. 9 p. 213, 13 nihil ex reciproco -atur iniuriae; vindictam enim *eqs.* (SIDON. epist. 1, 11, 16 conatibus suis, *sc. inimici*, versu nil -endum esse). SYMM. epist. 5, 13 nihil scribis; aequum esset huic culpa talionem -i. HIER. in Eph. 5, 1 p. 517^D quod bene in alium fit, magis ei -itur, qui praestitit. VVLG. Ezech. 44, 30 primitiva ... dabitis sacerdoti, ut -at benedictionem domui *tuae*. CLAUD. 10, 304 *Stilichio* conubia pensat: acceptum reddit thalamum natoque -it, quod dederat genitor (rependit var. l.). PS. SVLP. Sev. epist. 6, 2 fateor ... me saepe armis eloquentiae tuae fuisse conterritum, sed frequenter ... recidiva vulnera -bam. EVSTATH. Basil. hex. 8, 4, 6 quibus *Christianis* mandatum est nulli malum pro malo -ere (gr. p. 173^B ἀποδιδόναι, *spectat ad Rom. 12, 17* reddentes). Ⓑ *homo, deus*: BRVT. Cic. ad Brut. 24, 4 (*ironice*) ut illo *Caesare* prohibito roga remus alterum, *i. Antonium*, qui se in eius locum -i pateretur. ARNOB. nat. 3, 29 p. 186, 15 deos ipsos, quos opinamini tollitis et -itis alios, quos manifestum est non esse (cf. 3, 44 dum alios tollitis et -itis alios). *al.*

Ⓒ *id, quod compensatur aliqua re* (*quae indicatur per abl. p. 1245, 1. 3. 5*): SEN. Thy. 1053 sceleri modus debetur, ubi facias scelus, non ubi -as. dial. 3, 3, 3 iram esse cupiditatem doloris -endi (*redditur Arist. animi. 403a30 ἀντιλήψεως*). 4, 28, 5 *quosdam* non facere iniuriam, sed -ere (EVSTATH. Basil. hex. 8, 1, 15 camelus habet ... tenacem memoriam malorum ...; si fuerit percussus ..., *occasione oblata* illatam ... -it i. [gr. p. 165^C ἀντιδίδωσιν]. *al.*). SIL. 5, 533 *duces reversi* cessata -ere avebant tem-

pora caede virum ac multo pensare cruore. MART. 12, 18, 15 *dormiendo* totum mihi nunc -o, quidquid ter denos vigilaveram per annos. AVG. serm. 335K, 5 Rev. Bénéd. 59, 1949 p. 72, 11 iste maledictum maledicto non -uit (*an ad p. 1247, 32?*). ALC. AVIT. carm. 3, 133 (*respic. gen. 3, 15*) mulier Eva cum prole futura sic inimicitias *serpentis* odio currente -at, ... ut eqs.

β *sine obi. acc.*: CIC. Att. 13, 12, 3 Catulo et Lucullo alibi -emus (*cf. vol. I 1554, 18sq.*). SEN. benef. 6, 43, 2 non est trepidandum, quam cito -amus (*sc. beneficia; postea: ad referendam gratiam*). IVV. 1, 1 semper ego auditor *recitationis* tantum? numquamne -am vexatus totiens? FVLG. myth. 3, 5 p. 64, 3 Grecia ... numquam deterius suis diis -ret, quam ut eorum matrem ... puerilem amatricem ... fingerent. AVG. c. acad. 1, 9, 24 cum ... apertius ... pugnesses (*sc. disputando*), ille tibi plane -uit; nam occupavit praesidium tuum.

β *qui vel quod restituitur, sc. in loco aut statu priore (simili, meliore l. 26; qui indicatur per dat. animantis aut rei l. 43. 46. 50, saepe per praepos. in c. acc.)*: α *animans* (animus, mentes l. 27. 36sq.): CIC. p. red. ad Quir. 17 (me) in eo loco, in quo vestris beneficiis fueram, isdem centuriis, quibus conlocaratis, -istis. VERG. Aen. 1, 253 (*Venus ironice ad Iovem; cf. 235sq.* hinc fore ductores ..., qui mare, qui terras ... dicione tenerent, pollicitus es) sic, *sc. per naufragia, nos in sceptris -is? (nisi notione corporali pertinet ad p. 1243, 36sq.; cf. SERV. ad imperia reservas [spectat ad l. 70]. SERV. auct. restituis in regna, quae amisimus)*. SEN. suas. 7, 8 P. Scipionem a maioribus suis descendentem generosa mors in numerum Scipionum -uit (*sc. Metello eum adoptante, ut vid.; aliter p. 1247, 55*). SEN. Tro. 887 (*Helena Andromachae captivae*) hic forsitan te casus excelso magis solio -et; profuit multis capi. clem. 1, 21, 3 *si rex devictus a victore* potuit -i ... eo, unde deciderat. dial. 6, 2, 2 *Druso mortuo Livia* cito animum in sedem suam -uit (QVINT. decl. 339, 13 potest ... credi, qui hoc fecit [*sc. victus fugit*], ad secundam se aciem servasse et victum adversis a. -uisse). 6, 19, 5 mors nos in illam tranquillitatem, in qua, antequam nasceremur, iacuumus, -it. PETRON. 110, 4 -tum in pristinum decorem puerum gaudebam (2 illi formam suam reddidit). VAL. FL. 5, 687 Aeeten ... in regna. STAT. silv. 4, 3, 17 Pacem propria domo. QVINT. inst. 5, 7, 11 ut *testes* ..., si quid titubaverint, opportuna rursus ... interrogatione velut in gradum -antur. AVR. Fronto p. 2, 11 (*antea: ad te profectum ... animum esse*) *rescribendo mentem meam in pectus meum -e* (LACT. epit. 40, 2 furiatis daemone incurso m. propriam -bat *Christus [spectat ad inst. 4, 27, 2 mentes ... furiatas in sensus pristinos -bat]. distingue l. 1247, 32*). GAIVS dig. 4, 2, 10 (*antea: si fideiussores ... liberati sunt*) ut *fideiussores* se -ant in obligationem (*item refl.: NIPS. grom. p. 287, 14 ut post obstaculum metiendo -as te in limitem, sic facies [cf. Bouma, 1993, 115sq.]*). al.

β *res*: ① *quaelibet*: HOR. carm. 3, 5, 30 nec vera virtus, cum semel excidit, curat -i deterioribus ([SCHOL. reddi, restitui]). OV. met. 13, 235 cives exhortor in hostem amissamque mea virtutem *civium* voce -o [*reposco codd. opt. et pars edd., refundo var. l.*]). SEN. Phaedr. 590 quis me dolori reddit atque aestus graves -it animo? benef. 5, 16, 2 parum mutatam ac -tam in priorem locum fortunam *sensit C. Marius* (dial. 11, 13, 1 quidquid prioris principis furor concussit, in suum l. restituere ac -ere). SIL. 12, 728 (725 Titania desine bella) *Iuno Hannibalem* abstrahit ac pacem terris caeloque -it. QVINT. decl. 321, 28 quo *medicamento* vita -i posset. TAC. ann. 14, 61, 2 Poppaeae honos -tus est. HYG. mun. castr. 38 (37 viam de inter alas tollamus, *i. in munitione proposita non ponamus*) viam inter alas -imus (*sc. metiendo, cogitatione*). LACT. inst. 5, 13, 7 firmior est fides, quam -it paenitentia. al. ② *quae in memoriam sim. reducitur sim. (sc. carmine, cogitatione sim.; distingue l. 73)*: PROP. 1, 17, 11 (*poeta in tempestate ad Cynthiam*) poteris siccis mea fata -ere ocellis osaque nulla tuo nostra tenere sinu? (v. Heyworth, *comm. 2007, ad l., ubi affert, quae coni. docti, e. g. repositere Baehrens, in ed. recipit revolvere*). VAL. MAX. 8, 11 praef. *opere meo* memoratur dignae res lucido in loco -entur (*sc. oblivione paene obrutae*). QVINT. inst. 11, 2, 19 *cogitationes* excidentis unius admonitione verbi in memoriam -untur. PS. QVINT. decl. 7, 2 p. 138, 23 noctem illam rursus ante oculos meos cogitationes -unt. CORIPP. Iust. 3, 146 quis carmine digno tot ... miracula pandere ... sufficiat? quibus haec verbis, qua laude -at? 4, 160 quid non laudabile dicunt, qui vitam tanti, qui principis acta -unt?

c *quae suppletur, cum desit (cf. p. 1239, 15)*: VARRO ling. 9, 78 in vocabulis casuum possunt ... fieri (iacturae; potest etiam refingi) ac -i, quod aberit (*e. g. nom. redux; dubitanter suppleverunt Goetz-Schoell in adn. ad loc. p. 287*).

2 *retro aut in loco securo, apto sim., sc. quod reconditur, servatur (in futurum [usum] e. g. p. 1246, 32. 34. 38. 45 [addas SERV. l. 21] et sub b; gr. resp. ἀποτιθέναι, nisi aliud indicavimus)*: α *quolibet contextu respiciuntur ea, quae ponuntur: α in mente, animo, memoria sim. (-ere (in) corde, animo sim. l. 75. p. 1246, 11 sq. l. 14. 16. al.; distingue l. 54)*: CIC. Tusc. 5, 119 *Stoici* in animo -unt omnia bona ([*sc. dicunt esse ea ibi*

-ta]. SEN. dial. 2, 5, 4 sapiens ... nihil perdere potest; o. in se -uit, ... bona sua in solido habet contentus virtute. *distingue p. 1248, 47sq.*). VERG. ecl. 3, 54 sensibus haec imis ... -as! Aen. 1, 26 necdum ... causae irarum ... exciderant animo *Iunonis*; manet alta mente -stum iudicium Paridis eqs. (*huc spectare vid.* GLOSS. IV 462, 5 -tum: infixum. GLOSS. I Ansil. RE 1231 absconsum). SEN. epist. 94, 26 non ... -ta illa *praecepta* esse oportet, sed in promptu. SIL. 11, 7 iras servasse -stas atque odium renovare. VET. LAT. IV Esdr. 14, 8 signa, quae demonstravi, et somnia, quae vidisti, ... in corde tuo -e ea (*antea: haec abscondes*). VVLG. Iob 19, 27 non alius (*gen.*) *quam dei* -ta est haec spes mea in sinu meo (ALC. AVIT. carm. 4, 293 *Noe vitae* s. corde -it). CYPR. GALL. num. 541 (*ad 21, 7*) *populus* agnitione probrui sui cunctorum in corde -sta accipit ... medellam. INSCR. christ. Ital. VI 118, 6 (*saec. V?*) lector, i, scripta -e (*vix recte suppl. repone*) p. 1149, 25). DRAC. laud. dei 2, 600 modico te corde -is pectoris humani conceptus mente fideli (*item -itur deus*: ENNOD. carm. 1, 17, 10 quibus -stus mentibus est deus). DIG. de conc. dig. 1, 2 eam ... curam nostris -uimus animis deo freti. p. p. p. *neutr. pro subst. de loco abscondito*: PETR. CHRYS. serm. 136, 2 a -to cordis nostri.

β *in scriptis, libris, collectionibus*: QVINT. inst. 11, 2, 9 *secundum Platonem* obstore memoriae usum litterarum, ... quoniam illa, quae scriptis -uimus, velut custodire desinimus et ... dimittimus. GELL. 6, 19, 1 magnanimum factum Tiberii Sempronii Gracchi in exemplis, *sc. libro exemplorum Corneli Nepotis*, -tum est. DIG. de conc. dig. 1, 7 in tantum volumus eadem omnia, cum -ta sunt, obtinere (*i. valere*), ut eqs. de confirm. dig. 5 in quibus *libris* omnia, quae ad hypothecam pertinent, -ta sunt (*gr. ἐναπεθέμεθα. cf. 11* quidquid ex his *libris* utile ... invenitur, ... quattuor *libris* -ere [*cf. gr. συνθεῖναι βιβλῶνς*]). al. *ibid.* COD. Iust. 6, 23, 28, 6 si quis sua manu ... testamentum ... conscripserit et hoc specialiter in scriptura -uerit, quod sua manu hoc confecit.

γ *cetera exempla; -untur*: ① *res*: VAL. MAX. 1, 7, 5 in *somnio Marius* dixit ibi, *sc. in aede Mariana*, esse ei *Ciceroni* laetioris status spem -tam. SEN. nat. 7, 28, 2 illum *cometen* non ex proximo, quae in proximum daret, signa traxisse, sed habere -ta et comprensa legibus mundi. SIL. 7, 507 dicione carere virtutem et poenas vincitibus esse -stas (RVSTIC. Conc. I 4 p. 21, 16 quae ... p. -ta sit his, *tu novisti. cf. l. 74*). CLAVD. MAM. anim. 1, 21 p. 74, 12 quae omnia (*sc. calami, spicae sim.*) in illo sunt granulo causalibus -ta secretis. ENNOD. opusc. 1, 86 *adulescentes* praecox aetas tot mortes adversariorum -tas docuit habere, quot spicula. PRISC. gramm. III 27, 17 in hac parte orationis (*sc. mecum, nobiscum sim.*) ... in fine -ere accentus (*sc. nobis, sed nobiscum*). *quae non publice laudantur sim. (cf. p. 1250, 32)*: PLIN. epist. 1, 8, 6 (*opp. antea: gloriae eius honestatis praedicationique invidemus*) recte facta minus detorqueamus ..., quae in obscuritate et silentio -untur. ② *animae mortuorum (cf. p. 1243, 19)*: PS. PHILO antiq. 23, 13 (*deus ad Iudaeos*) accipiam animas vestras et -am eas in pace, quousque compleatur tempus seculi.

β *in script. sacris vel apud auctores inde pendentes respiciuntur ea, quae reservantur vel proponuntur in futurum (accedit dat. animantis e. g. l. 49. 61. 71)*: α *-untur futura parum definita*: VET. LAT. gen. 49, 10 (cod. 100. al.) non deficiet princeps ex Iuda ..., donec veniat, cui -ta sunt, et ipse erit expectatio gentium (*de obi. non liquet; Vulg. donec veniat, qui mittendus est*). *locum explicant e. g. AMBR. Ioseph 3, 13 cui Christo -tum fuit, ut adoraretur eqs. (patr. 4, 21 cui -tum est, ut ecclesiam dei congregat eqs. AVG. civ. 18, 45 p. 327, 32 ut veniret ille, cui -tum erat, quod novo promissum est testamento, ut ipse esset expectatio gentium)*. AVG. c. Faust. 12, 42 p. 369, 8 donec venirent oportuno tempore, quae promissa tamquam -ta fuerant. β *-untur opera bona sim., quibus homines sibi in caelo, die novissimo praemium, salutem aeternam merentur*: VET. LAT. IV Esdr. 7, 77 est tibi thesaurus operum -tus apud *deum* ..., sed non tibi demonstrabitur (CYPR. laps. 11 [*antea affertur Matth. 19, 21* vende omnia tua et da pauperibus et habebis thesaurum in caelis] t. in caelo, [unit. ecl. 26 domos ... venundabant et t. sibi in c. -entes distribuenda *indigentibus* ... pretia apostolis offerebant. CHROMAT. in Matth. 30, 2, 1]. *cf. l. 64*). LACT. inst. 6, 17, 19 multum refert, ... utrumque illam *pecuniam* ventri et gulae ingeras an in thesauro iustitiae -as. LEO M. serm. 85, 2 1.39 *persecutori Laurentius quaerenti* ubi eas, *sc. opes ecclesiasticas*, -tas haberet, ostendens ... pauperum obtulit greges. γ *-untur bona aut mala die novissimo, post mortem recipienda (adde p. 1249, 66 et cf. p. 1250, 46sq.; aliter p. 1241, 69)*: VET. LAT. Tob. 4, 10 (cod. 130. al.) *elemosynā* praemium bonum -is tibi in diem necessitatis (*gr. θησαυρίζεις, Vulg. thesaurizas*). IV Esdr. 7, 84 considerabunt sibi in novissimis -tum cruciantum. II Tim. 4, 8 (cod. 75. al. et VVLG.) -ta est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus (*pendet e. g. TERT. coron. 15, 1 cuius agonis c. ... apostolus -tam sibi ... confidit*). AMBR. Abr. 1, 6, 44 *exemplo Sodomae et Gomorrae* inpiis poena peccati -itur (*cf. l. 34*). RVFIN. hist. 4, 23, 12 quibus 'vae' -tum est in iudicio dei (*gr. οἷς ... κείται*). VVLG. Col. 1,

5 propter spem, quae -ta est vobis in caelis (cf. p. 1250, 47). CHROMAT. in Matth. 30, 3, 1 ubi nobis vita aeterna -ta est. EVSEB. GALLIC. hom. 35, 13 l. 263 in futuro -ta (p. p. neutr. pro subst.; antea opp. praesentia). al.

